www.e-rara.ch

# P. Ovidii Nasonis poetae Sulmonensis fastorum libri VI

**Ovidius Naso, Publius**

**Basileae, anno 1550, mense Martio**

**Universitätsbibliothek Basel**

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-133905

Liber Quintus

**www.e-rara.ch**
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d’imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L’éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l’imprimerie jusqu’au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

# P. OVIDII NASONIS FASTORVM LIBER QVINTVS.

QVAERITIS unde putem Maio data nomina menſi:
Nō ſatis eſt liquidò cognita cauſa mihi.
Vt ſtat, & incertus quà ſit ſibi neſcit eundum,
Cum uidet ex omni parte uiator iter:
Sic quia poſſe datur diuerſas reddere cauſas,
Quà ferar ignoro, copiaq; ipſa nocet.
Dicite quæ fontes Aganippidos Hippocrenes
Grata Meduſæi ſigna tenetis equi.

A ANTO. QVAERITIS unde putem Maio data nomina menſi. De huius menſis nomine magna diſſenſio eſt inter autores, teſte Macrobio: cum quidam putent à maioribus Maium nominatum, ut diximus in primo huius operis libro: nonnulli Maium deum apud Tuſculanos Iouem eſſe, atq; inde ad Romanos tranſiſſe commemorent. Cingius à Maia dictum exiſtimauit, uxore Vulcani, cui flamen Vulcanalis calendis Maijs rem diuinam faciebat. licet Piſo eam Maieſtam, non Maiam uoluerit appellari. Alij (ut ſcribit Plutarch. in Numa) à Maia matre Mercurij Maio nomen inditum putant, quòd hoc mēſe mercatores omnes
B Maiæ pariter & Mercurio ſacrificarent: quorum alteri, hoc eſt Mercurio, idibus Maijs ædes dedicata eſt, auctore Feſto. quem deum quidam eo die natum uolunt. ut, Maiæ Mercurium creaſtis idus. Alij affirmāt, Maiam quæ hoc menſe colebatur, Terram eſſe, ſic dictam à magnitudine: cui Cornelius Labeo ſcripſit, ut Macrobius refert, ædem calendis Maijs eſſe dedicatam, eandemq; eſſe Bonam deam, & Faunam, Opem, ac Fatuam dici. Bonam, quòd omnium nobis ad uictum bonorū cauſa eſt. Faunam, quòd omni uſui animantium fauet. Opem, quòd eius auxilio uita conſtet. Fatuam, à fando. Vnde in ſacris ei Mercurius iungebatur, quia uox naſcenti homini terræ contactu datur. Infantes enim partu editi non prius uocem edunt, quàm attigerint terram. Ouidius autem hoc loco aliam quandam opinionem affert, putantium à maieſtate Maio datum eſſe uocabulum,
C quæ à magnitudine dicta eſt, auctore Feſto, qui etiam docet, Maium lingua Oſca Meſsium appellatum. Liquidò, manifeſtè. In o terminatur id aduerbium, ut falſò. Copiaq; ipſa nocet: multitudo cauſarum facit ut hæream, ſicuti uiator interdum, ubi peruenit ad triuia uel quadriuia. Dicite quæ fontes, &c. Bene in re difficili Muſarum quærit auxilium, quæ (ut diximus) à nonnullis putantur Iouis & Memoriæ filiæ. Dicunturq; modò Pierides, à Pieria, ubi natæ ſunt. quamuis quidam ſecundum fabulas aliter tradant. Modò Heliconiades, ab Helicone. Modò Theſpiades, à Theſpijs oppido Bœotiæ. Modò Hippocrenides, ἀπὸ τῆς ἱπποκρήνης, eiuſdem regionis fonte. ut à Libethro, qui locus eſt Thraciæ, Libethrides. Item Caſtalides, à fonte Caſtalio. Et Aganippides, ab Aganippe, quem fontem eſſe in Bœotia Muſis ſacrum dicunt. Vnde illud eſt Iuuenalis: Cum deſertis Aganippes Vallibus eſuriens migraret in atria Clio. Is fons ab equo Pegaſo nomen traxit, quemadmodum & Hippocrene. Nota eſt fabula. [Pauſanias in Bœoticis diuerſas facit Aganippen & Hippocrenen, utramq; tamen in Helicone, alteram infra, alteram ſupra Muſarum conſecratum nemus. Ac Aganippen quidem ab Aganippe Permeſsi filia dictam, Hippocrenen autem ab
D euentu, quòd à Pegaſo ictu ungulæ aperta fuerit. Etiam Vibius Sequeſter utrius ſeorſim meminit, & diuerſarum. Poteſt igitur hoc loco Aganippidis, pro gentili accipi: ut ſi dicas, Heliconiadis Hippocrenes.]

Quæritis unde putem, &c. Maium Romulus tertium poſuit, PAVL.
de cuius nomine inter auctores lata diſſenſio eſt. Nā Fuluius Nobilior in Faſtis, quos in æde Herculis & Muſarum poſuit, Romulum dicit, poſtquam populum in maiores iunioresq; diuiſit, ut altera pars cōſilio, altera armis remp. tueretur, in honorē utriuſq; partis hunc Maium, ſequentē Iuniū uocaſſe. Sunt qui hunc menſem ad noſtros Faſtos à Tuſculanis tranſiſſe cōmemorent: apud quos nunc quoq; uocatur deus Maius, qui eſt Iupiter, à magnitudine ſcilicet & maieſtate dictus. Cingius menſem putat nominatum à Maia, quam Vulcani uxorem dicit. Argumentoq; utitur, quòd flamen Vulcanalis cal. Maijs huic deæ rem diuinā facit. Sed Piſo uxorem Vulcani Maieſtā, non Maiam dicit uocari. Contendunt alij, Maiam Mercurij matrem F
mēſi nomē dediſſe: hinc maximè probātes, quòd hoc menſe mercatores omnes Maiæ pariter Mercurioq; ſacrificāt. Affirmant quidam, quibus Cornelius Labeo cōſentit, hanc Maiam, cui menſe Maio res diuina celebratur, Terram eſſe, hoc adeptam nomen à magnitudine, ſicut & mater magna in ſacris uocatur. Aſſertionemq; exiſtimationis ſuæ etiam hinc colligunt, quòd ſus prægnans ei mactatur, quæ hoſtia eſt propria Terræ. Et Mercurium ideo illi in ſacris adiungi dicunt, quia uox naſcenti homini terræ contactu datur. Scimus autem Mercuriū uocis & ſermonis potentem. Auctor eſt Cornelius Labeo, huic Maiæ, id eſt Terræ, ædem calen. Maijs dedicatam, ſub nomine Bonæ deæ. Et eandem eſſe Bonam deam, & Terram, ex ipſo ritu occultiore ſacrorum doceri poſſe cōfirmat. Sed de Bona dea paulo inferius dicemus. Hæc ex Theo G
doſio. Plutarchus Maium à Maia uocari aſſerit, qui Mercurio ſacer ſit. & ſubdit, Iunium uerò ab anni tempore. Sunt etiam qui hoſce ab ætate maiore & iuniore cognominatos dicāt. Poeta autem de origine menſis dubium ſe eſſe oſtendit, propter cauſarum copiam, quæ ſeſe offert. quare à Muſis petit, ut certior cauſa referatur. Quæritis unde, à qua cauſa. Putem, ego. Data nomina Maio menſi, qua ratione Romulus tertio loco à ſe menſem inſtitutum Maium nominauerit. Cauſa, ipſius nominis. Non ſatis liquidò, non ſatis apertè & dilucidè. Eſt cognita mihi, quia neſcio ueriſsimam cauſam. Vt uiator, cum uidet iter ex omni parte: ſicut ille qui in itinere eſt, cū appulerit compitis, ubi plures ſimul uiæ cōueniunt. Stat: hæret, uel ſubſiſtit. Et incertus, dubius. Quà ſit eundum, quod iter teneat. Sic ego ignoro quà ferar: quaſi, quam potiſsimùm opinionem ſequar, & quam ueriorem eſſe cauſam dicam. Quia datur poſſe reddere diuerſas cauſas, poſſe afferre uarias huius nominis rationes. Et ipſa copia nocet, quia reddit me dubium. Et alio loco, Inopem me copia fecit. Dicite uos, ſcilicet Muſæ. Quæ tenetis fontes Aganippidos Hippocrenes, fontē Pegaſeum in Helicone. Verùm infra uerticē Acrocorinthi Pyrenem fontē adeſſe H
inquit Strabo: & famam eſſe, equum Pegaſum, cum potaret eo in loco, à Bellerophonte deprehenſum fuiſſe: alatum inquam caballum è Meduſæ ceruice, & de Gorgonis execto gutture proſilientem.

A lientem. Vulgatum eſt etiam, Caballinum in Helicone fontem erupiſſe, cum ſubitam ibi rupem feriret ungula. Hæc ille. Hunc ergo fontem in Helicone Aganippen multi uocauere, ex ἄγαν, quod eſt ualde, & ἵππος, equus: quaſi propriè ſit equi, hoc eſt, ab equo factus. Dicitur etiam Aganippis Aganippidos, ut hoc in loco: & Aganippe Aganippes. Iuuenalis: Cum deſertis Aganippes Vallibus eſuriens migraret in atria Clio. Appellauerunt etiam ipſum fontem Hippocrenem. nam ἵππος equus, κρήνη fons.

Verùm uolunt alij Hippocrenem alterum ab Aganippe fontem E eſſe in Bœotia: ſed ob ipſum nomen datum eſſe locum poetis, ut pro Pegaſeo Hippocrenem dicerent. Poeta utrumque per abundantiam dixit. Dicite uos Muſæ, quæ tenetis fontes fontis Caballini, fontem Pegaſeum in Helicone. Grata ſigna, ueſtigia. Equi Meduſæi, è ſanguine Meduſæ nati. Aut ſigna, monumenta equi, quo ungula terram effodiente erupit aqua.

ANTO. Quarum Polyhymnia cœpit prima. Hæc Muſa interdum Polymneia dicitur, interpretaturq; multa memoria, fertúrque agriculturam inueniſſe. Vnde rei uetuſtiſſimæ narrationem rectè huic tribuit. Nihil enim eſt antiquius elementorum confuſione, quæ di-B citur chaos, unde Polymneia exordiū ſumit: ut oſtendat, Maij nomen à Maieſtate deductū. Eadem muſa, ut hoc loco etiam, Polyhymnia dicitur, cum Græci eam Polyhymnian uocēt, à multa laude, uel cantu. Tria corpora. Atqui elementa non tria, ſed quatuor ſunt, in quæ digeſtū eſt antiquiſſimū chaos.

† exiluiſtis

† Tethys: et. ſic alij, & rectius, metri cauſa quoq;

Diſſenſere deæ, quarum Polyhymnia cœpit
Prima. ſilent aliæ, dictaq; mente notant.
Poſt chaos, ut primū data ſunt tria corpora mūdo,
Inq; nouas ſpecies omne receſsit opus:
Pondere terra ſuo ſubſedit, & æquora traxit:
At cœlum leuitas in loca ſumma tulit.
Sol quoq; cum ſtellis nulla grauitate retentus,
Et uos lunares † exilijſtis equi.
Sed neq; terra diu cœlo, nec cætera Phœbo
Sidera cedebant, par erat omnis honos.
Sæpe aliquis ſolio, quod tu Saturne tenebas,
Auſus de media plebe ſedere deus.
Et latus Oceano quiſquam deus aduena iunxit,
Et † Thetis extremo ſæpe recepta loco eſt.
Donec Honor, placidoq; decens Reuerentia uultu
Corpora legitimis impoſuere toris.
Hinc ſata Maieſtas, quæ mundū temperat omnem:
Quaq; die partu eſt edita, magna fuit.

illa, aliud ab alia dicebatur. Prima quarū, ante alias. Polymnia cœpit, loqui ſcilicet. Aliæ, muſæ. Silent, ea loquente. Et notant dicta mente, intentæ enim audiunt. Polymnia Muſarum una, ita dicta, ut Diodorus ait, quia cātus ſuauitate poetas reddit gloria immortales. Ali F qui dictā putant à πολὺ mulum, & μνᾶα memoria. & præeſſe Rhetoribus, quibus opus eſt multa memoria. Aliqui dictam uolunt à πολὺ multum, et ὕμνος laudatio, quòd laudationib. præſit. & ſcribūt Polyhymnia. ut apud Horatiū: Si neque tibias Euterpe cohibet, nec Polyhymnia.

Sed ſunt qui cœli nomine aerem et ætherem cōplectuntur, ut Ouidius hoc loco. Item Virg. ut, Principio cœlū ac terras, campoſq; liquentes. In nouas ſpecies: in elementa, quæ ſunt membra antiquæ confuſionis, uel in formas. Nec cætera Phœbo Sidera cedebant, inferiora præſtantioribus nullū honorem & reuerentiam exhibebant. Oceano, cui cedendū erat, ut parenti. Nam & Homerus ait, ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν καὶ μητέρα τηθύν. Et Vir-C gil. Oceanū patrem rerū. Thetis. Achillis matrē hic accipias neceſſe eſt, ut oſtendit quantitas ſyllabarū. Ea non eſt dearū infima, quāuis nupſerit Peleo. Corpora legitimis impoſuere toris, iuncti ſunt legitimo matrimonio. Vult enim Reuerentiā nupſiſſe Honori, & Maieſtatē eſſe Honoris ac Reuerentiæ filiā. Is enim cēſetur omniū maximus, quem omnes honore ac reuerētia proſequuntur. Vnde illud eſt, Maieſtas cōuenit ipſa deo. Silius de Hannibale: Tot bellis quæſita uiro, tot cædibus armat Maieſtas æterna ducē. Valer. Max. maieſtatē eſſe inquit longum ac beatū honorem ſine onere. Ea rectè mundū uniuerſum tēperare dicitur, quoniā ſine maieſtate ſalui eſſe non poſſumus. Quare Perſæ non piè ſolùm, ut ait Q. Curtius, ſed etiam prudenter reges ſuos inter deos coluere, intelligentes, maieſtatē imperij ſalutis eſſe tutelam, cuius præſentia & pudorem facit, & metum, quo improbi coercentur. Hinc illa ad Priamum Helenæ uerba ſunt: O metuende mihi ſemper, ſemperq; tremēde Chare pater. Sed timoris duplex eſt ſpecies, ut inquit Ariſtoteles. Vna cum reuerentia & pudore, qua utuntur ad patres modeſti filij, & ciues bonis moribus præditi ad eos, à quibus cum beneuolentia gubernantur. Altera cum inimicitia & odio, qualis eſt ſerui ad dominos, & ciuis ad tyran-D nos. Sciendum, maieſtatem à magnitudine nomen accepiſſe, auctore Feſto: quæ cum ſit (uti diximus) ſaluberrima, iure grauioribus pœnis afficiuntur, qui læſerint maieſtatem.

PAVL. Diſſenſere deæ. Muſæ fuere inter ſe diſſentiētes: nam illud ab

mnia. Et in hoc quoq; uerſu Polyhymnia legunt. Poſt chaos, &c. Polymnia illud his uerbis aſſerere contendit, Maiū menſem à maieſtate dictum. Nam cum ab initio poſt diuiſum digeſtumq; chaos, nulla haberetur ratio aut ætatis, aut dignitatis, et inhonorati ab alijs eſſent deorū principes, nata eſt Maieſtas, haſitq; primùm Saturno, deinde Ioui: eaq; fecit, ut ſuperiores ab inferioribus uenerarentur. Eiuſq; numine factū eſt, ut in terris quoq; perſonarum, ætatis, ac dignitatis ratio habeatur. Illi igitur ob numi- G nis magnitudinē, mēſem hunc ueteres cōſecrauere. Poſt chaos, poſt illam rerū ab initio confuſam unitatē. Vt primùm data ſunt mundo tria corpora, digeſtū illud chaos in elementorū ordinem. Hoc in loco tria corpora dixit. & in primo: Lucidus hic aer, & quæ tria corpora reſtāt, Ignis, aqua, & tellus, unus acer uus erat. quatuor corpora demonſtrauit. Nunc hæc tria ita intelligas, tellurē, aquā, aera: quoniā ignis cum cœlo altius euolauit.

Et omne opus, quaſi omnis materia. Receſsit in nouas ſpecies, in nouas formas. Terra ſubſedit, depreſſa eſt. Suo pondere, grauitate ſua. Sic enim in Metam. inquit: Et preſſa eſt grauitate ſua, circūfluus humor Vltima poſſedit. Et traxit æquora maria, ipſas aquas. At leuitas tulit cœlū: hoc eſt æthera, ubi eſt elementum ignis. In ſumma loca. ut in Metam. Summaq; locū ſibi legit in arce. Sol quoq; cum ſtellis retentis nulla grauitate: cum in imo nullo pondere denſioris molis preſſus teneretur, exilijt ex chao, & altiora cum cœlo petiuit. Et uos ô equi lunares, qui bigam Lunæ agitis. Exilyſtis, & ad ſuperiora quoq; aſcendiſtis. Sed terra diu non cedebat cœlo: non reuerebatur cœlum, cum ſe inferiorem illo non exiſtimaret. Sidera cætera non cedebant Phœbo: cæteræ ſtellæ ſoli tanquā lucidiori ac di- H gniori cedere nolebant. Omnis honor, omnis dignitas. Erat par: quia nulla erat diſcretio perſonarum, & dignitas. *Par erat: ſine ordine. ubi eſt ἀναρχία, nō poteſt diu eſſe trāquillitas.*

Sæpe

A Sæpe aliquis deus de media plebe, de uulgari multitudine. Et in Metamor. Plebs habitat diuerſa locis. Eſt auſus, ô Saturne, ſedere in ſolio quod tu tenebas: ſine ulla regis reuerentia plebeij audebant regali inſidere ſella. Et quiſquam deus aduena, aliunde aduenlens. Iunxit latus Oceano: auſus eſt ſedere prope Oceanum, deorum omnium parentem, ut ſuperius diximus.

Et Themis, quæ fuit ſoror Saturni: quam dicunt diuinandi artem, ſacra, cultusq; deorum introduxiſſe: eaq; quæ ad bene uiuendum, & pacem pertinent, oſtendiſſe. Apollo quidem traditur, cum eſſet reſponſa daturus, Themin conſulere ſolitus, tanquam diuinandi artis inuentricem. Sæpe eſt recepta ultimo loco: cum nemo eſſet qui eam reuereretur, & cederet. Aliqui legunt, Et Thetis extremo. & uerſus non ſtaret, nam illud is longum eſt. Vt apud Virgilium in Georg. Teq; ſibi generum Thetis emat omnibus undis. Poſſes legere, Extremo & Thetis ſæpe recepta loco. & intelligas de uxore Oceani, de qua ſuperius diximus. Donec Honor: ita inhonorati erant dij. Donec, uſquequo. Honor, dignitas. Et Reuerentia decens, decora. B

Vultu placido, benigno. Impoſuere, collocauere. Corpora, deorum ipſorum, & heroum. Toris legitimis, qui eſſent illis lege conſtituti. Hinc, ex Honore & Reuerentia. Sata Maieſtas, quæ à magnitudine dicitur, ut Pompeius inquit. Eſt enim ipſa amplitudo dignitatis, maieſtas clarorum uirorum, ſine tribunalium faſtigio, ut inquit Valerius, ſine apparitorum miniſterio, potens in amplitudine ſua obtinenda. Grato enim & iocundo introitu animis hominũ illabitur, admirationis prætexta uelata, quam rectè quis dixerit longum & beatũ honorem eſſe.

Quæ, Maieſtas. Temperat, regit & moderatur. Mundum omnem: cum omnia illi ſuccumbant, & eius arbitrio agantur. Et qua die eſt edita partu: quaſi & ab initio, cum primùm nata eſt. Fuit magna, & cæteris numinibus maior. inde à magnitudine nomen ſortita eſt.

Nec mora, conſedit medio ſublimis olympo,
Aurea purpureo conſpicienda ſinu.
Conſedere ſimul Pudor & Metus, omne uideres
Numen ad hanc uultus compoſuiſſe ſuos.
Protinus intrauit mentes ſuſpectus honorum.
Fit precium dignis, nec ſibi quiſq; placet.
Hic ſtatus in cœlo multos permanſit in annos,
Dum ſenior fatis excidit arce deus.
Terra feros partus, immania monſtra, gigantes
Edidit, auſuros in Iouis ire domum.
Mille manus illis dedit, & pro cruribus angues:
Atq; ait, In magnos arma mouete deos.
Extruere hi montes ad ſidera ſumma parabant,
Et magnum bello ſollicitare Iouem.
Fulmina de cœli iaculatus Iuppiter arce,
Vertit in auctores pondera uaſta ſuos.
His bene Maieſtas armis defenſa deorum
Reſtat, & ex illo tempore culta manet.
Aſsidet inde Ioui, Iouis eſt fidiſsima cuſtos,
Et præſtat ſine ui ſceptra tenenda Ioui.

Medio olympo, quia eminentior locus decuit Maieſtatem. Purpu-
B reo ſinu: quia non omnibus olim conceſſum eſt uti purpura, ut diximus, quæ cõfert aliquid maieſtati. Ad hanc uultus compoſuiſſe ſuos: quoniam hi quibus ineſt maieſtas, omnium in ſe ora conuertunt. Suſpectus honorũ: non deſpectus, ut antea, cum nulla honoris ratio haberetur. Nec ſibi quiſque placet: nullus deorũ tantum ſibi tribuit, ut dedignetur honore proſequi alium maiori dignitate præſtantem. Senior deus: Saturnus, quẽ Iupiter regno eiecit. Is deus
C dicitur pluuiarum. unde fingitur ſenex, quia ſenes ſemper gelidi ſunt. Cuius ſacra, quæ Saturnalia uocantur, multis ſeculis præcedunt Romanæ urbis ætatem, auctore Macrobio. in quibus humiliores potentioribus cereos dono dare conſueuerunt: quia candelis pauperes, locupletes cereis utebantur. Huic deo aperto capite immolabant: quoniam à Romanis ueritatis deus habebatur, quæ occultari nequit: cum cæteris ferè dijs cœleſtibus immolantes uelarentur. Licet quidam putauerint Saturnum eſſe terreſtrem & ſubterraneum deum, quo regnante ferunt ætatem auream fuiſſe. licet eam Homerus (ut ait Plato) deſignauerit in Cyclopibus, quos inquit poſt diluuium uixiſſe in ſpeluncis, fructibus ſponte naſcentibus. Terra feros partus, immania monſtra, gigantes Edidit. Poſt eiectum Saturnum nati ſunt gigantes, qui auſi ſunt lædere Maieſtatem, & Ioui bellũ inferre. Pro cruribus angues: quia poetæ fabulantur, gigantes fuiſſe pedibus ſerpentinis. Pondera uaſta: Pelium, Oſſam, & Olympum. Aſsidet inde Ioui. Poſt uictos gigantes ſatis eſt Ioui ſola maieſtas, neq; armis opus eſt, ad imperium retinendum: cum cæteri deorum uolentes,
D ac ſua ſponte cedant Iouis maieſtati.

Nec mora, conſedit ſublimis, excelſa. Medio Olympo, in altiore cœli parte: ut cum eſſet re, ita & loco cæteris eminentior. Aurea conſpicienda, ſpectabilis & admiranda. Sinu purpureo, ueſte purpurea: quæ quidem magiſtratus ſummos decebat, & quæ ſemper magni fuit apud ueteres. F

Et de purpureo colore Plinius inquit: Color hic pro maieſtate pueritiæ eſt, diſtinguit ab equite curiam, dijs aduocatur placandis, omnemq; illuminat ueſtẽ, in triumphali miſcetur auro. Pudor & Metus ſimul conſedere, cum ipſa Maieſtate: quæ duo faciunt abhorrere ab omni turpitudinis nota. Videres, uidere tu potuiſſes. Omne numen, omnes deos. Compoſuiſſe ſuos uultus ad hanc, ut ſolùm ipſam Maieſtatem contemplarentur & intuerentur. G

Protinus, ſtatim. Suſpectus honoris intrauit mentes: cum prius nulla ratio haberetur honoris, nunc obſeruata Maieſtate, honoris ſui ſuſpectus cepit omnes. Fit precium dignis: quaſi dignitas eſſe cœpit in precio, & qui digniores erant, pluris exiſtimabantur. Nec quiſque placet ſibi. Habebantur, inquit, in precio digniores: non ut quiſq; placeret ſibi ipſi, ſed ut placeret alijs. nam tum demum pluris exiſtimabatur dignior, cum alijs placeret. Hic ſtatus permanſit, perſeuerauit in cœlo. In annos multos. Regnante enim Saturno, pro maieſtatis amplitudine, habita eſt ratio dignitatis.

Dum deus ſenior, uſquequo Saturnus. Excidit arce: eiectus eſt è regno cœleſti, & ab Ioue filio pulſus. Fatis, fatali neceſsitudine. Terra feros partus, &c. Poſt eiectum ab Ioue Saturnum, Terra gigantes peperit, qui auſi ſunt extructis montibus, dijs bellum inferre, ſed ab Ioue fuſi ſunt. Terra edidit, peperit. Feros, feroces & crudeles partus: hoc eſt, ipſos gigantes. Monſtra immania, magna & crudelia. Auſuros, qui olim auderent. Ire in Iouis domum, oppugnare cœlum.
Dedit, Terra. Illis, gigantibus. Mille manus: propterea H
quòd Briareus & alij erant, qui habebant centum manus. Et pro cruribus angues, quoniã habebant pedes ſerpẽtinos. Atq; ait, Terra. Mouete arma in magnos deos, inferatis bellum


dijs.

A dijs. Hi parant extruere montes: Pelion, Oſſam, Olympum, de quibus in primo libro diximus. Ad ſidera ſumma, uſq; in cœlum, ut illuc per extructos montes aſcenderent. Et ſollicitare, anxium & ſollicitũ reddere. Iouem magnum bello: illũ enim uolebant ſuperis detrudere regnis. Verùm fuere Titanes, de quibus in quarto diximus, cum quibus bellũ geſtũ eſt. Poetæ gigantes finxere. Iupiter iaculatus fulmina: intorquens fulmina, quæ ipſi Ioui aßignantur. De arce cœli, de æthere ſuperiore.
Vertit, euertit. Vaſta pondera, uaſtos montes. In auctores ſuos, in eos qui pro oppugnando cœlo conſtruxerant. His armis, Iouis ſcilicet, his fulminibus. Maieſtas deorum eſt bene defenſa, quia eam Iupiter ab omni diſcrimine uendicauit. E Reſtat, ſuperat. Et ex illo tempore, ab extinctis gigantibus.
Manet culta: nam colitur & obſeruatur ab omnibus. Inde, ex illo. Aßidet Ioui: apud Iouem ſedet, & facit ut illum omnes reuereantur. Fidißima cuſtos eſt Iouis: propterea quòd ab eo non diſcedit, ut illum ſeruet in ſua dignitate. Et præſtat ſceptra tenenda, præſtat imperium Ioui. Sine ui: nam non per uim & tyrannidẽ imperat, ſed facit Maieſtas, ut dij cæteri ſua ſponte Ioui pareant, tanquam digniori.

ANTO. Et Numa, cui nemo bellum intulit. Comes pueris: hi etiã non ignobiles, ac bonæ indolis, maieſtate non carent. unde illud eſt Plinij, Color hic pro maieſtate pueritiæ eſt. Illa datos faſces cõmendat: conſules, B & cæteros magiſtratus uenerabiles reddit. Alta triumphat, aßidet triumphanti poſt uictoriã.
Clio. Hæc muſa à gloria nomẽ accepit, à qua inuentam hiſtoriam dicunt. Conſtat autem, accẽdi nos ad ſtudia, famæ deſiderio. Thalia uerò à θάλλειν, hoc eſt germinãdo dicta eſt: quia nihil magis germinat, quàm doctrina. Cui Muſæ ſerendarum arborũ inuentio tribuitur.

Venit & in terras: coluerunt Romulus illam,
Et Numa, mox alij tempore quiſq; ſuo.
Illa patres in honore pio, matreſq; tuetur,
Illa comes pueris uirginibuſq; uenit.
Illa datos faſces commendat, eburq; curule,
Illa coronatis alta triumphat equis.
Finierat uoces Polyhymnia: dicta probarunt
Clioq;, & curuæ ſcita Thalia lyræ.
Excipit Vranie, fecere ſilentia cunctæ:
Et uox audiri nulla, niſi illa, poteſt.
Magna fuit quondam capitis reuerentia cani,
Inq; ſuo precio ruga ſenilis erat.
Martis opus iuuenes, animoſaq; bella gerebant,
Et pro dis aderant in ſtatione ſuis.
Viribus ille ſenex, nec habendis utilis armis,
Conſilio patriæ ſæpe ferebat opem.
Nec niſi poſt annos patuit tunc curia ſeros,
Nomen & ætatis mite ſenatus habet.

ut ſenatores à ſenecta ætate nomẽ acceperint. quos quidã à ſinendo dictos uolũt, quòd ipſi per ſenatuſconſultũ agendi facultatẽ darent. Sed ut putemus ætatẽ magis, quàm uerbũ ſino ſenatui nomen dediſſe, facit & quòd apud Græcos γέρων ſenex dicitur, ſenatuſq; γερουσία. F & Plutarchi ac Ciceronis auctoritas, quorũ hic: In agris, inquit, tunc erant ſenatores, id eſt ſenes. &, Quæ niſi eſſent in ſenibus, non ſummum conſilium noſtri appellaßent ſenatum. Ille autem ſcribit, Romulum ex optimatibus centum creaſſe ſenatores, eorumq; collegium ex ætate ſenatum appellaſſe.

Sanè Thalia Muſa eſt, Thalia una Charitũ. Differunt accentu & ſcriptura, ut nonnulli uolunt: quãuis quidã aliter ſentiant. Vranie: Muſa quæ cœleſtis interpretatur, ac Linum dicitur genuiſſe. Et eſt græca declinatio, ne claudicet uerſus. quãuis ſi Vrania legeris, ſuſtentari poteſt cæſura. ut, Mittit C Hypermeſtra. Huic aſtrologiæ datur inuentio. Magna fuit, &c. Senectus, quam Iuuenalis ſacrã uocat, nuſquã terrarũ honoratiorem locũ habuit, quàm apud Lacedæmonios, ut Iuſtinus refert: idq; Lycurgi legibus, qui maximũ honorẽ non diuitũ & potentum ſed pro gradu ætatis ſenũ eſſe uoluit. Quem morẽ deinde Romani acceperunt, ut Aulus Gellius ſcribit: apud quos maiores natu à minoribus colebantur, ad deorũ propè ac parentũ uicem: atq; omni in loco, inq; omni ſpecie honores priores potioreſq; habebantur, à conuiuioq; ſeniores à minoribus domũ reducebãtur. Sed poſtquã ſoboles (ut idẽ inquit) ciuitati neceſſaria uiſa eſt, & ad prolẽ populi frequentantẽ præmijs atq; inuitamẽtis opus fuit, tum antelati ſunt quibuſdã in rebus, qui uxores, quiq; liberos haberent, ſenioribus neq; liberos neq; uxores habentibus. Plutar. auctor eſt, Publicolã, cum Lucretiũ Lucretiæ patrem collegam ſibi ſubrogaſſet, ei, quòd ſenior eſſet, primo loco ceßiße, ac faſces tradidiſſe: eumq; honorẽ poſtea ſenibus ſemper habitũ. Eoſdem & Chilo Lacedæmonius honorandos monuit, teſte Laertio. Et Pythagoras Samius, qui quod tempore præcederet, id honorabilius exiſtimandũ cenſuit: ſicuti occaſu ortũ, in ſeculo principium fine, in uita generationẽ corruptione. Idem & deos in honore ſe D mideis docuit præferendos, hominibuſq; heroas, ac parentes hominibus cæteris. In ſuo precio: in propria ueneratione, & ætati congrua. Pro dijs ſuis: pro defenſione patriæ, ac deorũ eius.
Nomẽ & ætatis. Adeò uerũ eſt, non niſi ſenibus curiã patuiſſe,

Neq; enim placet, quòd Priſcianus tradit, ſenatum componi à uocabulo natus. Sciendum, morem fuiſſe Romæ aliquando ſenatorib. in curiã cum prætextatis filijs introire. Sed Papirij prætextati facto ſenatus decreuit, ne pueri cum parẽtib. in curiã introirent, ac ne cui pauciores 25. annos nato ſenatũ ingredi liceret. ubi quod capitur conſiliũ, uel à conſulendo dictum G eſt, autore Feſto: uel à cõſiliando, q. in unam ſentetiã pluriũ mentes cõſiliant, uel cõueniant. uel à ſilẽtio, quo id maximè innuitur.
Venit & in terras: & hæſit regibus & heroibus, fecitq; eos PAVL. ab alijs obſeruari. Romulus & Numa, qui fuere primi reges Rom. Coluerunt illã, Maieſtatẽ: ut eſſent & haberentur cæteris digniores. Mox alij, reges & proceres. Quiſq; ſuo tẽpore, coluit illã. Illa tuetur, ſuſtentat. Patres & matres in ſuo honore: quaſi facit ut habeatur ratio geniture & ætatis: ut filij parentes, ut iuuenes eos qui maiores natu ſunt, reuereantur. Illa, Maieſtas. Venit comes pueris et uirginibus: nam hæret illis qui præſtantioris erunt indolis. Illa commendat datos faſces: hoc eſt conſularẽ dignitatẽ. facit ut conſules à populo uenerẽtur.
Et ebur curule: eburneã, & conſpicuã ſignis curulẽ ſellam: de qua in 1. lib. diximus. Sed eſt hic denominatio: nam quod tenet, pro eo quod tenetur. Curulẽ enim ſellã, pro ipſis ædilibus. et conſulum etiã erat eburnea ſella. Illa, Maieſtas. Alta, ſublimis triũphat. Equis coronatis: hoc eſt, hæret etiã ducibus, & imperatoribus triũphantibus curru coronato. Polyhymnia finierat uoces. nam hactenus & de Maieſtate loquuta eſt: ut illud aſſerere uideretur, Maiũ menſem à Maieſtate denominatũ. Clio & H Thalia ſcita curuæ lyræ, quaſi docta reſonare lyrã. Probarũt dicta, Polyhymniæ. Clio, muſa dicta à κλέος, quod eſt gloria, quæ ex poetarum laudibus oritur. Thalia à θάλλω, quod eſt uireo, ſeu

germino:

A germino: quoniam in longum tempus poetarum laus parta uireſcat. Excipit Vraniæ: ſuſcipit illa cauſam agendam, & ſubſequuta eſt ſtatim Polyhymniæ ſermonem. Virgil. Tunc ſic excepit regia Iuno. Cunctæ, cæteræ Muſæ. Fecere ſilentia, ſiluerunt loquente illa, quæ dicta eſt Vrania, ab οὐρανοῦ, id eſt, à cœlo, quòd uiros eruditos in cœlum tulit. Et nulla uox poteſt audiri, niſi illa: nam ſilentibus cæteris, ſola uox illius audiebatur.

Magna fuit quondam, &c. Oſtendit Vrania Maium dictum à maioribus, hoc eſt à ſenibus, cum maxima haberetur illis reuerentia. Et ex Lycurgi legibus illud apud Lacedæmonios ſemper ſeruatum, ut ſeniorem omnes reuererentur, & minores natu maioribus ſemper cederēt. Sic & in urbe Roma ratio ætatis eſt habita ab initio. & Romulus ipſe multitudinem in iuuenes & ſenes diuiſit: ut altera pars armis, altera cōſilio rempub. tueretur. A' maioribus igitur Maium, à iunioribus Iunium nuncupauit.

Magna reuerētia fuit quondā capitis cani: magnopere olim caput canum, hoc eſt ſenilē ætatem cæteri reuerebantur. Et ruga ſenilis, quæ ſenilem ætatem indicat. Nam ob defectum ſanguinis, qui eſt in ſenibus, fit frons & facies ipſa rugoſa. Erat in ſuo precio: quia tam apud Romanos, quàm apud Lacedæmonios ea ætas cæteris præferebatur. Iuuenes gerebant Martis opus: gerebant arma & pro patria pugnabant. Bella animoſa: quaſi cum laude fortitudinis & magnanimitatis. Et adeE rant in ſtatione: quaſi firmi in acie, ut à ſignis nunquam diſcederent, nec hoſtibus terga uerterent. Pro dijs ſuis: pro defenſione patriæ, & deorum ſuorum. Viribus illa minor, ætas ſenilis robore corporis inferior. Nec utilis habendis armis, inutilis ad arma bellis exercenda. Ferebat opem patriæ conſilio: cum corpore prodeſſe patriæ non poſſet, proderat conſilijs. Nec curia tunc patuit, niſi poſt annos ſeros: quaſi nō eo tēpore licebat quenquā in ordinē ſenatoriū aduocare, niſi poſt grauē ætatem. Ideo non patuit cuiquā ſcilicet curia, ubi ſenatus habebatur, niſi ſenibus. Seniores enim in ſenatores eligebantur. Et ſenatus habet mite nomen ætatis: nam à ſenili ætate ſenatus dictus.

Iura dabat populo ſenior. Prætores, cōſules, B et eiuſmodi magiſtratus non creabantur, niſi ætate prouecti. quamuis ubi neceßitas poſtulabat, etiam iuuenes crearentur: ut Scipioni contigit. Certis legibus. ut illa fuit, qua poſt Papirij factum cautum eſt, ne cui liceret ſenatū ingredi, niſi ſupra quinq; ac 20. annos proceßiſſet ætate. Interior ſi comes unus erat. Senſus eſt: Si duo iuuenes comitabantur ſenem, recipiebatur ſenex medio loco.

Iura dabat populo ſenior. finitaq; certis
  Legibus eſt ætas, unde petatur honor.
Et medius iuuenum non indignantibus ipſis
  Ibat, & * anterior ſi comes unus erat.
Verba quis auderet coram ſene digna rubore
  Dicere? cenſuram longa ſenecta dabat.
Romulus hoc uidit, delectaq; corpora patres
  Dixit, ad hos urbis ſumma relata nouæ eſt.
Hinc ſua maiores tribuiſſe uocabula Maio
  Tangor, & ætati conſuluiſſe ſuæ.
Et Numitor dixiſſe poteſt, da Romule menſem
  Hunc ſenibus, nec auum ſuſtinuiſſe nepos:
Nec leue propoſiti pignus ſucceſſit honoris,
  Iunius à iuuenum nomine dictus adeſt.

ſulatum: quoniam haberetur ratio ætatis. Verùm Scipio, qui ante an- F nos inijt, ſolutus fuit legibus, urgente neceßitate.

Et medius iuuenum ibat: iuniores reuerentiæ gratia medio loco ſeniorem accipiebant, & ſic ſimul incedebant. Non indignantibus, ipſis iunioribus, ſcilicet, cum non indignarentur medio loco ſenem ducere. Et ſi erat unus comes interiore loco: quia medio & dignior ille locus. Quis auderet dicere, ex iuuenibus quis eſſet auſus loqui. Coram ſene uerba digna rubore, uerba turpia. Longa ſenecta, ipſa ætas ſenilis. Dabat cenſuram, turpium. Ergo tanta erat ſenum reuerentia, ut uiderentur ipſi ſenes pro G cenſoribus adeſſe iuuenibus. ſic pudenda & reprehenſione digna loqui non audebant. Romulus uidit hæc, omnia quæ diximus de ſenecta. Dixit patres corpora electa: ſenes ipſos, quos legit, cum ſenatum conſtituit, Patres appellauit: aut quòd patroni multitudinis erāt, aut quòd patres cæterorum uidebantur: aut à uirtute & præſtantia nobilitatis, ut ea nominis manſuetudine, arrogantia & inuidia procul eſſent. Sed de his plura in 1. lib. diximus. Ad hos, patres. Eſt relata ſumma nouæ urbis omnis cura, & imperij ſumma relata eſt. Hinc, ex his rationibus. Tangor, moueor ad ita exiſtimandum. Maiores, ſeniores: hoc eſt, ipſum ſenatū. Tribuiſſe uocabula Maio: dediſſe appellationē huic mēſi, ut ab ipſis maiorib. Maius diceretur. Et conſuluiſſe ſuæ ætati, habuiſſe rationē ætatis. Et Numitor, auus maternus Romuli. Poteſt dixiſſe, potuit ita dicere. O' Romule, da hunc menſem ſenibus: quaſi, da huic menſi à ſenib. appellationē. Nec nepos, Romulus: quoniā filiæ Numitoris filius. Suſtinuiſſe, ſuſtinere potuit auū: quaſi, non potuit ſuſtinere diutius illius preces, noluit poſtulata negare: ſed obſequutus eſt, & menſem à ſenibus appellauit. Non ſucceßit, non ſubſequutū eſt poſt illud. Leue pignus, ſed graue. Honoris propoſiti, quem propoſuit Romulus ſuis ciuibus. Adeſt, poſt Maium H menſum, Iunius dictus à nomine iuuenū. Nam ut Maium à maioribus, ita Iunium à iuuenibus appellauit. Tunc neglectos poſt Vraniā Calliope regina muſarū aliam attulit cauſam nominis:

Si autem ſeni unus tantum erat iuuenis comes, interior locus ſenis eſſe conſueuit. Id quod hodie multis in ciuitatibus cuſtoditur. Sunt qui non interior, ſed anterior legunt: quod magis placet.

C Cenſuram longa ſenecta dabat. Non alia reuerentia tribuebatur ſeni, quàm cenſori morum ac diſciplinæ Romanæ arbitro. Delectaq; corpora patres dixit. Diximus ſuprà, cur ſenatores patrum nomine uocarentur. ſed etiam ſubijciemus aliquid. Summa nouæ urbis, regendæ ciuitatis arbitrium. Nec auum ſuſtinuiſſe nepos. Non auſus eſt Romulus aui Numitoris imperio reluctari, & hunc menſem à maioribus, id eſt ſenibus, Maium nominauit, qui conſilio rempub. tuebatur. Dicebanturq; patres uel à patrocinio: uel quòd hi ſolùm, qui patres forent, creari poſſent, ut ſcribit Plutarchus in Romulo. quod ex primis illis conuenis non multis contigit. Vel (ut Feſto placet) quòd agrorū partes attribuerint tenuioribus, ac liberis proprijs. Sed illis probabilius uidetur, quòd quidam tradiderunt, dictos patres à curæ ſimilitudine: qui deinde, aſcriptis in eum ordinem pluribus, patres conſcripti uocati ſunt. Non leue pignus. Liptote figura. & eſt ſenſus: Succeßit Maio Iunius, grauißimum pignus honoris, quem Romulus ciuibus ſuis propoſuit, qui noluit etiam iuniores abire inhonoratos.

Senior dabat iura populo: prætores etiam, qui ius dicerent, & poſt eiectos reges ipſi conſules ex ſenili ætate creabantur.

D Aetas eſt finita certis legibus: quaſi circumſcripta & determinata legibus eſt ætas. Vnde, à qua ætate. Petatur honor, petantur dignitates. nam lege cautum eſt, ne quis minor quadraginta annis, aut ut alij dicunt, trigintaſex peteret, aut iniret con-

A refertiq; ex Oceano & Tethy natã eſſe Pleionem: ex ea & Atlante natas eſſe Pleiadas, de quibus in quarto egimus: & ex Pleiadibus pulchriorem Maiam Ioui placuiſſe: & in Arcadia Mercurium peperiſſe, cuius numen magnum erat apud Arcades. Vnde Euander ad nos profectus, ſacra Arcadica attulit. A Mercurio igitur feſtum, ut hic menſis de nomine matris Maius denominaretur. Tũc Calliopea. Calliope & Calliopea dicitur, ſicut Penelope & Penelopea. Dicitur autem Calliope, à pulchro ore. ὢψ, ὠπὸς, uultus & facies dicitur. κάλλος, pulchritudo. καλὴ, pulchra & bona. præeſt heroicis uerſibus. Et Diodorus inquit dictam, quòd cantus ſuauitate cæteras antecedens, magni ab autoribus exiſtimetur.

ANTO. Prima ſui cœpit Calliopea chori: non prima dicendi ordine. Legimus enim ſuprà: Quarum Polyhymnia cœpit Prima. Sed Muſarum princeps, quia ea nihil canorius eſt. Vnde à pulchritudine faciei & uocis nomen accepit, per quam nonnulli ipſum uocis concentũ accipiunt, dicentes hanc maximã B Muſam poetis opem ferre, qui ſummorum uirorum & heroum geſta uerſib. heroicis ſcribũt. Titanida Tethyn. Vult Tethyn Titani filiã eſſe, quam alij è Cœlo & Veſta genitam uolunt, quod nõ placet. Hæc eſt uxor Oceani. Pleione, Oceani & Tethyos filia, ac Pleiadum mater. Cyllenes, montis Arcadiæ, quem quidam, ut autor eſt Strabo, dixerunt ſurgere ad altitudinem 20. ſtadiorũ ad perpendiculum. Circa eum Plinius ſcribit merulas candidas naſci, nec uſ-

Tunc ſic neglectos hedera redimita capillos
  Prima ſui cœpit Calliopea chori.
Duxerat Oceanus quondam Titanida Tethyn
  Qui terram liquidis qua patet ambit aquis:
Hinc ſata Pleione cum cœlifero Atlante
  Iungitur, ut fama eſt, Pleiadasq; parit.
Quarum Maia ſuas forma ſuperaſſe ſorores
  Traditur, & ſummo concubuiſſe Ioui.
Hæc enixa iugo cupreſſiferæ Cyllenes
  Aetherium uolucri qui pede carpit iter.
Arcades hunc, Ladonq; rapax, & Mænalus ingens
  Ritè colunt, Luna credita terra prior.
Exul ab Arcadia Latios Euander in agros
  Venerat, impoſitos attuleratq; deos.
Hic, ubi nunc Roma eſt, orbis caput, arbor, & herbæ,
  Et paucæ pecudes, & caſa rara fuit.
Quò poſtquã uentum eſt, conſiſtite, præſcia mater,
  Nam locus imperij, rus erit iſtud, ait.
Et matri & uati paret Nonacrius heros,
  Inq; peregrina conſtitit hoſpes humo.
Sacraq; multa quidem, ſed Fauni prima bicornis
  Has docuit gentes, alipedisq; dei.
Semicaper coleris ſuccinctis Faune Lupercis,
  Cum luſtrant celebres uerbera ſecta uias.
At tu materno donaſti nomine menſem
  Inuentor curuæ furibus apte fidis:

lyrã dicitur tradidiſſe. Hic aũt, antè, ait, lyra ſeptẽ chordas habebat: ex cogitata poſtea cithara eſt. ſed iſta cõfundũtur. Statius in Syluis: Vocalis citharæ repertor Arcas. Sunt qui Apollinem tradant lyrã à Mercurio accepiſſe, eamq; inde ad Amphionẽ perueniſſe. Vnde illud eſt: Mercuri nam te docilis ma- F giſtro Mouit Amphion lapides canendo. Iidẽ dicunt fidem propriè dici neruũ citharæ: ſed & pro cithara ſolere accipi. ut, Tẽtat audaci fide Mantuanæ Gaudia famæ. Diodor. tres maximè Mercurios celebrat. quorũ primũ Aegyptiũ fuiſſe docet, cui multarũ rerũ datur inuentio, & præſertim lyræ, quã trichordã feciſſe dicitur: imitatus tria anni tẽpora, cũ ab æſtate acutam, ab hyeme grauẽ, à uere mediam ſumpſerit. Alij quinq; fuiſſe Mercurios tradunt: quib. nonnulli

C quã alibi. Ab hoc monte Mercurius Cyllenius dicitur: licet quidã ſic dictum uelint, quod à Cyllene nympha ſit educatus. Alij aliunde. Lege Feſtum. Ladonq; rapax, Ladonis accolæ. qui fluuius eſt Arcadiæ, cuius fluenta occluſo quondam fonte detinebantur, ut inquit Strabo. Et caſa rara. Bene Caſa, quia paſtorũ erant tuguria. Præſcia mater, Carmentis futurorũ perita & fatidica. Alipedisq; dei, Mercurij. Cum luſtrant celebres uerbera ſecta uias: cum ſectæ pelles Lupercorũ uias luſtrant, hoc eſt purgant ciuitatem: ut, Secta quoq; pelle Luperci Omne ſolũ luſtrant: idq; piamen habent. Materno nomine, à Maia matre Maium nominaſti. Inuentor curuæ fidis. Horat. in primo Carminũ: Te canã magni Iouis & deorũ nunciũ, curuæq; lyræ parentem. Eratoſthenes (ut Hyginus refert) Mercuriũ inquit è teſtudine feciſſe lyram, atq; Orpheo tradidiſſe. quam nonnulli uolunt ſeptem fuiſſe chordarũ. Macrobius uerò huic deo tetrachordum dicit attribui, ut Apollini lyram chordarũ ſeptẽ, quæ imitata eſt muſicam rationem, qua Pythagoras uoluit mundum eſſe compoſitũ, ut ſcribit Quintil. Eſt autem fides, autore Feſto, citharæ genus: ſic dictæ, quòd tantũ inter ſe chordæ eius, quantum inter homines fides concordet. Sanè Plinius, Citharam, in- D quit, inuenit Amphion: ut alij, Orpheus: ut alij, Linus: ſeptem chordis additis, Terpander. octauã Simonides addidit, nonã Timotheus. Differunt nonnihil lyra & cithara, teſtib. Hygino & Porphyrione: quorũ ille, poſtquã ipſe, inquit, citharã inuenit, illi

ſextũ addunt, Iouis & Maiæ filiũ. Cui poetæ, ac ſi unus tantum G Mercurius fuerit, aliorũ omniũ facta & inuenta tribuunt. Furibus apte. Mercurius iccirco traditur furandi repertor, ſiue ingenioſus ad furta, quia oratio, cuius ipſe inuentor eſt, animos audientiũ fallit, ac per eloquentiã mentes hominũ quaſi furatur & ſurripit. Vnde Iul. Cæſ. in accuſatiõe Dolobellæ queſtus eſt extorqueri ſibi cauſam optimã Lucij Cottæ patrocinio. Horat. in primo Carminũ: Callidũ quicquid placuit iocoſo Cõdere furto. Sciẽdũ, Mercuriũ, q Apollini boues furatus eſt, Bacchi & Proſerpinæ filiũ dici. Diod. tamẽ placet, Mercuriũ in Creta ex Ioue natũ, multũ ualuiſſe præſtigijs in alienis clanculum peculandis.

PAVL. Redimita capillos neglectos, incomptos. Hedera: hoc eſt, habens caput hedera coronatum. Prima, princeps & regina. Sui chori, cœtus Muſarum. Cœpit ſic, ſcilicet loqui. Oceanus: de quo iam pluries dictũ. Duxerat, in coniugẽ ſcilicet. Tethyn Titanida, Titanis filiã. imò eam Diodor. inter Titanes refert, unam ex 5. ſororibus Saturni: qui quidem Titanes numero 11. ex uno Curetum & matre Tythea nati ſunt. Qui Oceanus, ambit, circuit. Terram qua patet liquidis aquis, undis. & in Met. Circũfluus humor Vltima poſſedit, ſolidũq; coercuit orbẽ. Hic, ex Oceano & Tethy. Pleione ſata, nata. Iũgitur cũ H cœlifero Atlãte, nupſit Atlãti ſuſtinẽti cœlũ humeris. Vt fama eſt, ut dicitur. Et parit Pleiadas, numero 7. diximus in 4. Quarũ, Pleiadũ. Maia traditur ſuperaſſe forma ſuas ſorores,

fuiſſe

A fuiſſe forma cæteris ſororibus præſtantiorem. Et concubuiſſe ſummo Ioui, qui eam grauidam reddidit. Hæc, Maia. Enixa eſt, ſcilicet peperit. Qui carpit iter ætherium uolucri pede, Mercurium: qui deorum nuncius per aera uolat pedibus pernicibus, cum ferat talaria alata. Iugo Cyllenes, in Cyllene monte Arcadiæ, unde Cyllenius uocatus eſt. Cupreſſiferæ, quòd cupreſſis abundet. Arcades & Ladon rapax: fluuius Arcadiæ, ex paludibus Penei fluens. Et Mænalus ingens. Mons eſt Mænalus. Rite colunt hunc, Mercurium. Terra, Arcadica. Condita prior luna. Terram pro ipſis Arcadibus poſuit, qui ſe ante lunam natos eſſe putabant. Vnde & Lycophron ait, ob ſummam gentis uetuſtatem antelunares dictos. Euander: de quo in primo. Exul, profugus. Venerat ab Arcadia in agros Latios, uenit in Latium.

Et intulerat impoſitos deos, Arcadica numina & ſacra in Latiū tulit. ut eſt illud, Inferretq; deos Latio. & ipſe colebat numina, et alij colenda tradidit. Hic ubi nūc Roma eſt orbis caput, quæ toti orbi dominatur. Arbor & herbæ erant: quia inculta loca erant, quo tempore uenit Euander. Et paucæ pecu-
B des, quæ eſſent in illis paſcuis. Et caſa rara fuit, pauca admodum tuguriola paſtorum. Quò poſtquam uentum eſt, ubi illuc Euander appulit. Mater præſcia, Carmentis fatidica. Conſiſtere iuſſit filium, curſum ſiſtere. Nam iſtud rus: quaſi, locus ubi ſunt hæc tuguria. Erit locus imperij, fatalis imperij ſedes. & in primo: Fallor, an hi fient ingentia mœnia colles. Iuraq; ab hac terra cætera terra petet. Heros Nonacrius, Euander. à Nonacri Arcadiæ monte. Paret & matri, ut debet filius matri parére. Et uati, & illi quæ futurorum præ- B
ſcia, uera prædicebat. Et hoſpes peregrinus: ipſe Euander conſtitit in humo peregrina, quæ illi erat externa. Doluit has gentes multa quidem ſacra: docuit Latinos ritus, & cerimonias, & multa alia more Arcadico ſacra. Sed prima ſacra Fauni bicornis, ipſius Panos, uetuſtiſſimi quidam Arcadum numinis: de quo in primo & ſecundo. Et dei alipedis, Mercurij.

Faune ſemicaper, quòd cornua & caprinos pedes habeat. Coleris Lupercis ſuccinctis. Luperci ſuccincti et uias & urbem luſtrant. Verbera ſecta: hoc eſt, ipſa coria ſecta, quibus manus uerberantur. Colluſtrant, expurgant. Celeres manus: nam diſcurrentibus per urbē Lupercis, ſteriles mulieres palmas cedendas præbebant. Ita enim fœcundas ſe fore ſperabant, ut Plutarchus & Poeta ſcribunt: de quo latius egimus in ſecundo.

At tu inuentor curuæ fidis, ô Mercuri lyræ repertor: de quo in primo diximus. Fides enim pro lyra ponitur. & Plinius fidiculam uocat lyram ipſam in cœlo. & Pompeius inquit: Fides, genus citharæ, dicta quòd tantum inter ſe chordæ eius, quantum inter homines fides concordet. Cuius diminutiuum fidicula eſt. E

Aptæ furibus: quoniam furtis præeſt, eo argumento, quòd boues primùm, deinde feretram furatus ſit. Et Lactant. de eo: Fur & latro Mercurius. Verùm aliqui ad eloquentiam, cui præeſt, illud referunt. Nam illa audientium animos fallit, & uelut furari corda hominum uidetur. Donaſti menſem materno nomine: appellauiſti hunc menſem Maium, à Maia matre tua.

TO.

Nec pietas hæc prima tua eſt: ſeptena putaris
Pleiadum numero fila dediſſe lyræ.
Hæc quoq; deſierat, laudata eſt uoce ſororum.
Quid faciam? turbæ pars habet omnis idem.
Gratia Pieridum nobis æqualiter adſit.
Nullaq; laudetur plus'ue minus'ue mihi.
Ab Ioue ſurgat opus, prima mihi nocte uidenda
Stella eſt in cunis officioſa Iouis.

Septena fila: quia tot ſunt Pleiades, quarū in numero Maia eſt. uel ſeptena, ut alijs placet, ob numerum planetarum. Quid faciam? cuius Muſæ opinionem ſequar? Turbæ pars, &c. Nullius narratio non luculenta & ueriſimilis fuit. Vnde laudentur omnes æquè,
C ne deſit nobis ullius Muſarum gratia. Videnda ſtella, &c. Conſenſerunt multi, quod rarum eſt, teſte Plinio, ut Philippus, Calippus, Ion, Doſitheus, Parmeniſcus, Conon, Democritus & Eudoxus, quarto Calend. Octobris Capellam manè in ortū ferri: & tertio Calend. eiuſdem menſis hœdos, quos Seruius ſcribit exoriri cum Scorpio, menſe octobri. Sed ſunt qui cum poſtrema parte Arietis capram Amaltheam oriri doceant, quæ pars Zodiaci hoc tempore præcedit Solem orientem. Columella calendis Maijs oriri manè capram inquit, & eſſe auſtrinum diem, & interdum pluuias. quod ſidus Plinius eodem menſe, hoc eſt 12. Calend. Iunij ueſpere inquit occidere. id in ſiniſtro humero Heniochi eſſe dicitur, id eſt aurigæ, cuius pedem cum cornu Tauri una ſtella coniungit. Vnde illud eſt Manilij: Vicina ferens flexo ueſtigia Tauro Heniochus. Eſt autem hic auriga haud longè à ſeptentrione duas ſtellas in manu retinens, quas appellamus hœdos ſidus pluuiale, ut Lactan. grammaticus & alij ſcriptores dicunt, & ortu & occaſu concitans tempeſtates. Horatius: Poſt inſana capræ ſidera. Vergil. Quantus ab occaſu ueniens pluuialibus hœdis Verberat imber humum. Signum Heniochi ob eius magnitudinem multis oritur diebus, teſte Seruio, tempe-
D ſtaſq; aut præcedit ſignum, aut ſequitur, aut cum eo eſt. Oritur autem cum Ariete, ſecundum Manilium. ut: Sed cum ſe terris Aries ter quinq; peractis Partib. extollit, primùm iuga tollit ab undis Heniochus. Sed & cum Tauro quoq; ſecundū alios, idem in ortū ducitur. ut: Naſcitur hic Aries, cū ſurgit, & aurea tollit Cornua taurus. Fuit aūt Amalthea Iouis nutrix, ut Lactan. grāmaticus tradit: quam quidam dicūt unà cum ſorore Meliſſa Iouem infantem nutriſſe lacte ac melle. Alij uolūt Meliſſi regis Cretæ filias, quibus Iupiter fue- G
rat cōmendatus, cum uacuis eſſent uberibus, aluiſſe Iouē lacte capræ Amaltheæ, quæ poſtea in cœlū tranſlata dicitur. ut: Illa putatur Nutrix eſſe Iouis, ſi uerè Iupiter infās Vbera Cretææ mulſit fidiſſima capræ Sidere quæ claro gratum teſtatur alumnum. Eſt autem non longè à Tauro, teſte Varrone, qui in Re ruſtica, Caprarum, inquit, dentes inimici ſationis: quas etiam aſtrologi ita receperunt in cœlum, ut extra limbum 12. ſignorum excluſerint, ſunt duo hœdi & capra nō longè à Tauro. Huius lacte Plinius ſuſpicatur ideo fingi nutritum Iouem, q. poſt humanum lac nullum magis alat caprino. Lege fabulam apud Higinum.

Nec eſt hæc prima pietas tua, non fuit hoc primū tuæ pieta- PAVL.
tis argumentū. Putaris dediſſe ſeptena fila lyræ: crederis tu lyræ abs te repertæ ſeptem chordas adhibuiſſe. Numero Pleiadum: ob pietatem tuam in matrē, & matris ſorores, ab earū numero quæ ſeptem fuere, ſic ſeptē fila conſtituiſſe. Aliqui ad ſeptē planetas referunt, aliqui ad uocum diſcrimina. Et Plinius oſtendit Amphiona: uel, ut alij, Orphea: uel, ut alij, Linū, 7. chordas addidiſſe: Terpandrū octauā, Simonidē nonā. Hæc quoq; Calliope deſierat, loqui ſcilicet. Laudata eſt uoce ſororū: cæteræ enim oēs Muſæ Calliopē reginā laudauerūt. Quid fa. quaſi, quā opinionē ſequar. Oīs pars turbæ habet idē: quaſi unaquæq; H
Muſa habet idē in me iuris: et cū ſingulæ ſingulis rationib. innitātur, neſcio quā magis affirmē. Adſit nobis æqualiter, pari modo. Gra. Pie. Muſarū q aliā alijs præferre nō debeo. Ideo earū

omnium

A omnium gratia pari modo mihi adſit. Et nulla laudetur mihi, à me. Plus'ue minus'ue: non laudem aliquam earum magis, quàm cæteras, ſed pari modo omnes à me laudentur. Ab Ioue ſurgat opus. Non approbata ulla Muſarum ſententia, ad expoſitionem & ſignorum & feſtorum Maij menſis tranſit. Nocte igitur Calend. Maij Capella oritur. & Plinius 8. Idus Maias Capellam pluuialem exoriri aſſerit. Capellæ fabulam ſuperius attigimus. Nunc uerò altius repetemus. Hyginus ſic inquit: Dicunt Olenum quendam fuiſſe nomine Vulcani filium. Ex hoc duas nymphas Aegam & Helicen natas, quæ Iouis fuerunt nutrices. Alij autem ab his etiam urbes quaſdam appellari dixerunt: Olenon in Aulide, Helicen in Peloponneſo, & Aegam in Aemonia. De quibus Homerus in Iliados ſecundo agit. Parmenius autem ait, Meliſſum quendam fuiſſe regem Cretæ, ad eius filias Iouem nutriendum eſſe delatum: quæ quòd lac non habuerunt, capram admiſiſſe, Amaltheã nomine, quæ eum dicitur educaſſe. Hanc autem geminos hœdos ſolitam eſſe procreare: & ferè eo tempore peperiſſe quo Iupiter nutriendus eſt allatus. itaque propter beneficium matris in cœlum relatos. et hœdos Cleoſtra

B tus dicitur primus inter ſidera oſtendiſſe. Muſæus autem dicit Iouis nutrices Artemidem, Amaltheam nymphas, quibus eum mater Opt tradidiſſe exiſtimatur. Amaltheam autem habuiſſe capram quandam in delicijs, quæ Iouem aluiſſet. Nonnulli etiam Aegeam Solis filiam dixerunt, multo candore corporis præſtan- E tem. cui contrarius pulchritudinis horridus aſpectus exiſtebat. Quo Titanes perterriti, petierunt à terra, ut eius corpus obſcuraret, quam terra ſpecu quodam celaſſe dicitur in inſula Cretæ, quæ poſtea Iouis fuiſſe nutrix demonſtratur.. Sed cum Iupiter fidens adoleſcentia, bellum contra Titanas appararet: reſponſum eſt ei, ſi uincere uellet, ut Aegos pelle tectus, & capite Gorgonis bellum adminiſtraret, quam Aegida appellauerunt. Itaq; facto quod ſuprà declarauimus, Iupiter Titanas ſuperans, regnum eſt adeptus, & reliqua oſſa ægos caprina pelle contecta anima donauit, & ſtellis figuratam memoriæ commendauit: & poſtea quibus uicerat, Mineruæ conceſſit, arma. Homerus ait Aegam quandam fuiſſe Panos uxorem: eam compreſſam à Ioue peperiſſe: quæ uiri ſui Panos filium diceret: itaq; puerum Aegidam, Iouem Aegiochum dictum: qui, quòd eum diligebat puerum, inter aſtra capræ figurã memoriæ cauſa collocauit. Hæc ille. Cætera quæ ad rem facerent, diximus ſuperius. Surgat opus, ab Ioue: incipiamus menſem Maium ab Ioue deſcribere. Prima nocte, Calend. ſcilicet. Eſt uidenda ſtella officioſa in cunis Iouis: ſtella capræ Amaltheæ, quæ F officio nutricis functa eſt in Ioue educando, cum in cunis eſſet. Naſcitur, oritur. Signum pluuiale, pluuias inferens in ortu.

Naſcitur Oleniæ ſignum pluuiale cappellæ:
  Illa dati cœlum præmia lactis habet.
Nais Amalthea, Cretæa nobilis Ida,
  Dicitur in ſyluis occuluiſſe Iouem.
Huic fuit hœdorum mater formoſa duorum,
  Inter Dictæos conſpicienda greges.
Cornibus aerijs, atq; in ſua terga recuruis,
  Vbere quod nutrix poſſet habere Iouis.
Lac dabat illa deo: ſed fregit in arbore cornu,
  Truncaq;, dimidia parte decoris erat.
Suſtulit hoc nymphe, cinxitq; recentibus herbis,
  Et plenum pomis ad Iouis ora tulit.
Ille ubi res cœli tenuit, ſolioq; paterno
  Sedit, & inuicto nil Ioue maius erat.
Sidera nutricem nutricis fertile cornu,
  Fecit, quod dominæ nunc quoq; nomen habet.

ANTO. Oleniæ capellæ: ab Oleno Vulcani filio, cuius filiæ Iouis fuere nutrices, ut quidam tradunt: uel ab Oleno, urbe Achaiæ, ad quam Iouem ferũt lactis alimenta ſuſcepiſſe. Sũt & alibi urbes eiuſdem nominis. Naias Amalthea. Non claudicat uerſus. ui enim cæſuræ ſyllaba correpta producitur. Vbere, tanto quantum alumnus Iupiter poſtulabat. Res cœli, impe-

C rium. ut, Poſtquam res Aſiæ, Priamiq; euertere gentem Immeritam uiſum ſuperis. Fertile cornu. Cornu copiæ dicitur κέρας ἀμαλθέας, quod nõnulli fabulantur ab Acheloi fonte Herculem ſuſtuliſſe, ut Strabo autor eſt. Quod ideo finxerunt, quia Hercules aggeribus & aquarum ductibus Acheloum perperam ac damnoſe labentẽ coercuit. Cumq; agri propinqui flumini aquarum abundantia uaſtarentur Oenei gratia, cui erat affinitate coniunctus, Acheloum ſiccauit. Vnde ſubſecuta eſt agrorum fertilitas, hoc eſt cornu copiæ. Phocion Peripateticus, teſte A. Gellio, librum multæ uariæq; hiſtoriæ refertum inſcripſit κέρας ἀμαλθέας. Dicitur autem Amaltheæ, ſiue Acheloi cornu datum copiæ, ſecundum aliquos, quia fortuna, cuius miniſtra copia eſt, ditiſſima eſt omnium: & in cornu uirtus eſt multorum animalium. ut fortunæ uires in diuitijs ſunt, quibus multos ad ſe trahit. Diodorus tradit Amaltheam puellam ab Ammone ad Ceraunios montes dilectam, & cognitam præfectam eſſe regioni feraciſſimæ, cuius forma bouis cornu ſimilis fuit. Vnde

D factum inquit, ut poſteritas locum fructibus copioſum appellauerit Amaltheæ cornu.

PAVL. Capellæ Oleniæ, capræ Helices nymphæ, Oleni filiæ: uel ab ab Oleno oppido in Bœotia. De quo Seneca: Olenos tectis habitata raris. & Poeta in Heroidibus, Pleias et Arctophylax, Oleniumq; pecus. Et Olenos ciuitas in Aetolia, cuius meminit Homerus in Iliade, iuxta quam Calydonius aper peremptus dicitur. Et Olenos etiam in Achaia, de quo Strabo agit in octauo libro, meminitq; Oleniæ capellæ. & non longè ab Oleno eſt Aegium oppidũ, ubi aliqui uolũt Iouem fuiſſe educatum: ita enim inquit Strabo: At Aegiũ G ſatis incolarum habet. Iſto in loco Iouem à capra lactis alimenta ſuſcepiſſe ſcribunt, ſicut Aratus prodidit: Diuaq; capra Ioui, fama eſt, hic præbuit uber. Et ſubdit: Oleniamq; Iouis uates dixere capellam. Illa, capella. Habet cœlum, in cœlo figurata eſt. Præmia lactis dati: propterea q; eius lacte Iupiter educatus eſt. Amalthea Nais, nympha. uerũm Naiades fluuiorum & fontium nymphæ ſunt. à νάω, quòd eſt fluo. Nobilis in Ida Cretæa, in Cretenſi. Dicitur occuluiſſe Iouem in ſyluis: nam illi nutriendum datum in ſyluis putat. Mater formoſa duorum hœdorum fuit huic: hæc Amalthea habuit pulchram capellam, quæ duos hœdos pepererat. Conſpicienda, admiranda. Inter Dictæos greges, inter capellas Dictæi montis. Cornibus aerijs: conſpicienda inquam, propter alta cornua. Atq; ſua terga recuruis, quæ in terga reflectebantur. Vbere, etiam conſpicienda. Quod poſſet habere nutrix Iouis, ea quæ Iouem educabat. Illa, capra. Dabat lac deo, Ioui prima alimenta ſuggerebat. Sed fregit cornu in arbore: dum irruit in arborem cornibus, alterũ H è duobus fregit. Et erat trunca dimidia parte decoris: nam effracto cornu, media pars decoris erat ſublata. Nymphæ ſuſtulit hoc, Amalthea eleuauit cornu truncatũ. Et cinxit herbis recenti-

A recentibus, & tulit plenum pomis ad ora Iouis: impleuit illa po-
mis cornu, quod odoris herbis & floribus cinxerat, & ad Iouem
puerum tulit. Ille, Iupiter. Vbi, poſtquam. Tenuit res cœ-
li, occupauit regnum cœli. Et ſedit ſolio paterno, ſolio Satur-
ni. Et nil erat maius Ioue inuicto: qui uicerat oēs hoſtes, &
inuictus ſemper fuit, & iam ſuperior erat omnib. dijs. Fecit
nutricem ſidera, capram in ſidera tranſmutauit. Cornu nutri-
cis fecit fertile, fecit illud cornu copiæ. & in Metam. dicit, cor-
nu Acheloi, quod Hercules truncauit, ſacratū, & datam illi co-
piam, Naiades hoc pomis, & odoro flore repletum Sacrarunt:
diuesq; meo data copia cornu. Et nunc inquit cornu Amaltheæ
datam copiam. Sic & alij tradunt. Sed à regione datus eſt locus
fabulæ. Diodorus enim ſcribit Hammonem perambulantē iuxta E
Ceraunios montes, conſpectam à ſe uirginem forma pulcherri-
mam Amaltheam nomine adamaſſe, filiamq; ex ea genuiſſe, ſpe-
cie ac robore corporis inſignem. Amaltheam uerò propinquæ
oræ præfeciſſe, bouis cornu perſimili, ex quo occiduum cornu
ſit nominata. Et quoniam ea regio eſſet uineis, cæteriſq; fructiſe-
ris arboribus referta, à muliere autem regeretur, Amaltheæ cor
nu eam dixere. Propterea & poſteri homines optimam copio-
ſamq; fructib. patriā, ab ea ſimilitudine Amaltheæ cornu appel
larūt. Hæc ille. Ideo poeta dicit, Quod, cornu. Nūc quoq; ha
bet nomē dominæ: nā cornu Amaltheæ dicitur. Et Horat. inquit:
Copia manabit ad plenū benigno Ruris honorū opulēta cornu.

Præſtitibus Maiæ Laribus uidere calendæ
Aram conſtitui, paruaq; ſigna deûm.
Ara erat illa quidem Curibus, ſed longa uetuſtas
Deſtruit, & ſaxo longa ſenecta nocet.
Cauſa tamen poſiti fuerat cognominis illis,
Quòd præſtant oculis omnia tuta ſuis.
Stant quoq; pro nobis, & præſunt mœnibus urbis,
Et ſunt præſentes, auxiliumq; ferunt.

ITO. Præſtitibus Maiæ,
&c. Calendis Maijs La-
ribus Præſtitib. ara Ro-
mæ dicata eſt, quos Plu-
tarchus in Quæſtionib.
præſides uocat. Coleban-
tur autem & priuatim
B in domibus, teſte Seruio:
et publicè in cōpitis, tra-
dito ritu à Seruio Tul-
lio, auctore Plinio. Qui
cum regem creditum in-
quit Laris familiaris filium, & ob id Compitalia & ludos La-
ribus primùm inſtituiſſe: quibus poſtea, ut Macrobius meminit,
II. calendas Ianuarias feriæ dedicatæ ſunt, & bello Antiochiæ
uota eſt ædes ab Aemilio Regillo prætore in campo Martio. Hi
quòd omnia ſuis oculis tuta præſtarent, Præſtites dicti ſunt, ut
Ouidio placet hoc loco: nominatiq; ſunt etiam Hoſtilij, quòd ho-
ſtes arcere putarentur. Feſtus Præſtitem ab antiquis dictum ſcri
bit in eadem ſignificatione, qua nunc antiſtitem dicimus. Vnde
ſunt & alij deorum, quos Præſtites cognominamus. quare Ma-
crobius Præſtites deos inquit homini naſcenti ſecundum Aegy-
ptios adeſſe quatuor: Dæmona, Tychen, Erota, Anangē. La-
res igitur præſtites dicti ſunt, quòd non ſolum priuatarū ædium
ac triuiorum, ſed & urbis cuſtodiæ præeſſe crederentur. ut, Vr-
biſq; laborem Teſtatos ſudore Lares. Putabantur autem Lares
eſſe animæ hominum, ſiue dij inferiores, autore Feſto. Vnde ait
C Seruius in lucis habitare manes piorum, qui Lares uiales ſunt,
& laruas umbras uocari. Eos Porphyrio deos domeſticos ap-
pellat, ſcribitq; Auguſtum poſuiſſe in compitis Lares, ac ſacer-
dotes libertinos eis dediſſe. Alij, ut Lactantius & Diomedes grā-
matici ſcribunt, Idæos dactylos, ſiue Curetes Lares eſſe putant,
eoſq; tres eſſe arbitrātur. ſed dicūtur ab alijs duo. ut, Geminoſq;
parit qui compita ſeruant, Et uigilant noſtra ſemper in urbe La-
res. Item, Bina gemellorum quærebam ſigna deorum. His addi-
tus eſt aliquando Auguſti genius. unde infrà legimus, Et uici nu-
mina terna colunt. Ornabantur Lares floribus & coronis. Sue-
tonius in Auguſto: Cōpitales Lares ornare bis in anno inſtituit
uernis floribus & æſtiuis. Tibullus: Rure puer uerno primùm
de flore coronam Fecit, et antiquis impoſuit Laribus. Iuuenalis:
O parui noſtriq; lares quos thure minuto Aut farre & tenui ſo-
leo exornare corona. Plinius: Iam tum coronæ deorum honos
erant, & Larium publicorum priuatorumq;. Sed fuerunt ali-
quando coronæ, quibus Lares ornabantur, adeò magnificæ, ut
ea eſſent amplitudine, qua & donaticæ, quibus uictores, ut inquit
Feſtus, in ludis donabantur. Placari autē putabantur Lares gal
lorum fibris, ut quidam tradunt. Quare Iuuenalem dixiſſe arbi-
D tramur, Laribus criſtam promittere galli Non audent. Horum
patrem eſſe Mercurium, ſuprà oſtenſum eſt: matrem Varro &
Macrobius docent Maniam appellari: cui cum pro ſoſpitate fa-
miliarum pueri mactarentur ex reſponſo Apollinis, quo præce-

ptum erat, ut capitibus
ſupplicaretur, Iunius
Brutus pulſo Tarquinio
id ſacrificij genus aliter
conſtituit celebrandum,
iuſſitq; allij & papaue-
ris capitibus ſupplicari.
Ea ſacra ex uijs compi- F
torum, ubi celebraban-
tur, cōpitalia dicta ſunt,
quæ ſolebant quotannis
concipi: quemadmodum
& Latinæ feriæ, ut autor eſt Varro: qui compitalia ſcribit
diem eſſe Laribus attributum, in quo laneæ effigies in compi-
tis ſuſpendebātur, ut ait Feſtus, ut Lares uiuis parcerent, & ciuſ-
modi ſimulacris contenti eſſent. Concipiebantur autem Compi-
talia, ut docet Macrobius, ferè his uerbis: Die noni poſt calendas
Ianuarias Quiritibus Compitalia erunt. Ea Tarquinius Super-
bus reſtituit Laribus ac Maniæ: ſed poſtea remoto ſcelere crude-
lis ſacrificij, factū eſt, ut idem inquit Macrobius, ut effigies Ma-
niæ ſuſpenſæ periculum, ſi quod immineret familijs, expiarent.
Diomedes grammaticus auctor eſt, conſtituiſſe Romulum in ho-
norem ſcrophæ, quæ triginta porcos pepererat, Lares, qui grun-
diles dicebantur: quia pro grunnire, quod porcorum eſt, grundi-
re à ueteribus dicebatur. Ara erat illa quidem Curibus. Ex
Curibus, oppido Sabinorū, Romam tranſlata eſt ara, quam Ro-
mani calendis Maijs dedicarunt. Vnde auctor ait infrà: Bina ge-
mellorum quærebam ſigna deorum. &, Mille Lares, geniumq; G
ducis qui tradidit illos, Vrbs habet. Saxo longa ſenecta no-
cet: quia uix deorum ſimulacra cerni poterant uetuſtate conſum-
pta. Stant quoq; pro nobis: ſicuti pro Curibus ſteterunt, ita
nunc pro urbe Roma ſtant. Et ſunt præſentes, fauent impe-
rio Romano. nam præſentia numinis, fauor eſt. ut, Nec tam præ-
ſentes alibi cognoſcere diuos.

Præſtitibus Maiæ Laribus. Cal. Maias eſt feſtum Larium, PAVLI
quòd ea die ara fuerit illis conſecrata à Curibus Sabinis. Hi La-
res dij domeſtici, qui & priuatas domos, & urbes ſeruant, &
tuentur mœnia, Laræ nymphæ et Mercurij filij, de quo in ſecun-
do diximus: appellatiq; ſunt Præſtites, quòd omnia præſtent tu-
ta: & quòd pro nobis, & pro mœnibus ſtent. Verùm Pompeius
inquit: Præſtites in eadem ſignificatione dicebant antiqui, qua
nunc Antiſtes dicitur. Calendæ Maiæ uidere: hoc eſt, homines
calendis Maijs uiderunt. Conſtitui, erigi & conſecrari.
Aram Laribus Præſtitibus, qui Præſtites dicti. Et parua ſi-
gna deûm, parua ipſorum Larium ſimulacra. Illa quidem a-
ra erat Curibus: & à Curibus Sabinis erecta, & in qua Cures
ſacrificabant. Sed longa uetuſtas deſtruit: nam uetuſtate col-
lapſa eſt. Et longa ſenecta, ipſa uetuſtas. Nocet ſaxo, H
quod uetuſtate eſt exeſum & collapſum. Tamen cauſa cogno-
minis poſiti illis, cauſa quòd appellantur dij Præſtites. Fue-
rat, quòd præſtant omnia tuta ſuis oculis: cum præſint cuſtodiæ,

A tuentur omnia oculis uigilantibus. Stant quoq; pro nobis, ſunt in ſtatione pro ſalute noſtra. Et præſunt mœnibus urbis, cuſtodiæ mœnium noſtrorum. Et ſunt præſentes: quia à nobis nõ recedũt. Et ferunt auxiliũ, præſtant nobis imploratã opẽ. E

Et canis ante pedes ſaxo fabricatus eodem
Stabat. quæ ſtandi cum Lare cauſa fuit?
Seruat uterq; domũ, domino quoq; fidus uterq; eſt
Compita grata deo: compita grata cani.
Exagitant & Lar, & turba Diania fures,
Peruigilantq; lares, peruigilantq; canes.
Bina gemellorum quærebam ſigna deorum
* Viribus annoſæ facta caduca moræ,
Mille Lares, geniumq; ducis, qui tradidit illos,
Vrbs habet, & uici numina terna colunt.
Quo feror? Auguſtus menſis mihi carmis huius
Ius habet, interea diua canenda Bona eſt,

* Vſibus

ANTO. Canis ante pedes. Effingebatur apud Lares canis ſimulacrum, quoniam is diligenter excubat: quemadmodum & Lar fidus eſt domino, ac furibus aduerſatur. De hoc Columella: Quis, inquit, tanta uociferatione beſtiam uel furem prædicat, quanta iſte latratu? quis cuſtos incorruptior? qs excubitor inueniri poteſt uigilantior? quis denique ultor aut uindex conſtantior? Pli-
B nius libro octauo Naturalis hiſtoriæ: Fideliſſimi ante omnia homini canes, atque equi, & pugnaſſe aduerſus latrones canem pro domino accepimus: confectumq; plagis, à corpore non receſſiſſe, uolucres & feras abigentem. Lege cætera ſcitu digna. Plutarchus in Quæſtionibus, Laribus, inquit, quos propriè præſides uocant, canes aſſiſtere, & ipſos canum pellibus amiciri, quoniam qui præſides ſunt, eos alienis formidoloſos eſſe oportet, uti canes uidemus: domeſticis uerò mites ac manſuetos: uel quòd Lares quidam furiales ſunt, & exactores uitæ noſtræ, atque operationum ſpeculatores, quibus aſſidet canis, quem nouimus ad inueſtigandum ſagacem eſſe. Lares Perſius ſuccinctos uocat. ut, Bullaq; ſuccinctis Laribus donata pependit: quòd ſuccingerent canum pelles, quibus induebantur, ut eſſent ad ſpeculandum actiones hominum expediti: ijs adoleſcentes generoſi, exacta pueritia, bullas ſuſpendebant. Saxo fabricatus eodem, quo & Lares. Hoc ſaxum, ut diximus, è Curibus Romam translatum eſt, ubi Calendis Maijs Romæ aram, quam Laribus conſtituerant, dedicarunt. nam quamuis id ſaxum & antea Curibus fuerat dedicatum, nolim tamen exiſtimes externam dedicationem Romæ (quod apud nullum ſcriptorem inue-
C nies) celebrari. quod ſi eſſet, non daretur in Romanorum faſtis profeſtum diem inueniri. Turba Diana, canes quibus Diana uenatrix utitur. Bina gemellorum quærebam ſigna deorum Viribus annoſæ facta caduca moræ. Deſcendit paulatim ad Auguſti laudem, & eſt ſenſus: Quærebam ubi eſſent Lares gemelli è Curibus aduecti, & inueni in urbe non duos tantum ſiue gemellos Lares, qui fuerant Sabinorum, ſed mille ac penè infinitos, cum omnia uicorum urbis compita duos Lares habeant, & cum his Auguſti genium. Geniumq; ducis qui tradidit illos: Auguſti genium, qui nouo more Lares coli uoluit: cum, ut oſtendimus teſtimonio Suetonij, inſtituerit, ut non ſemel, ſed bis in anno ornarentur uernis floribus & æſtiuis. nam ante Auguſti tempora cõpitalia, ut diximus, dies Laribus attributus, autore Varrone, 11. Cal Ianuarias celebrari ſolebant. quamuis concipi conſueuerunt, ut ſuprà oſtendimus. Ritus autem antiquiſſimus colendi Lares, à Seruio rege traditus eſt. Numina terna: duos Lares, & Auguſti genium. De genijs diximus ſuprà. Tantus autem honor tributus eſt Auguſti genio, ut reges amici ac ſocij Romanorũ ædem Iouis Olympici Athenis antiquitus cœptam perficere communi ſumptu ac ei dedicare deſtinauerint. Quo fe-
D ror? Senſus eſt: Præoccupo quæ menſe Auguſto atq; in octauo huius operis libro dicenda ſunt in Auguſti laudẽ: non quòd menſe Auguſto compitalia celebrarentur, cum eiuſmodi feriæ hyemis eſſent, non æſtatis: ſed quòd eo tempore Lares, rit tradito ab Auguſto Cæſare, æſtiuis floribus ornarentur. nam uernis ſolebant ex eius inſtituto hoc tempore, id eſt Calend. Maijs exornari. Interea diua canẽda Bona eſt. Huius quoq; deæ feſtum Romani hoc tempore celebrabant, quo Maiæ, quã quidam Bonam deam eſſe uolũt, ædes dedicata eſt. Varro, ut Macrobius refert, Bonam deam Fauni filiam eſſe tradidit, adeò pudicam, ut extra gynæceũ
nunquã ſit egreſſa, nec uirũ unquã uiderit, nec à uiro uiſa ſit, nec F nomen eius in publico auditũ fuerit. Quidam eam Medeam putant, quòd in eius æde omne genus herbarum eſſet, ex quibus antiſtites dabant plerunq; medicinas: & quòd templum eius uirũ introire non liceat, propter iniuriam quam ab ingrato uiro Iaſone perpeſſa eſt. Iuuenalis: Vbi uelari pictura iubetur, Quicũque alterius ſexus imitata figuram eſt. Tibullus: Sacra Bonæ maribus non adeunda deæ. Romani eam Dryada puellam, Fauni uxorem exiſtimant, in cuius ſacris mulieres multa Bacchanalibus ſimilia faciebant, peragentes noctu magnam partem ſacrorum, & ſonis tibiarum longas uigilias exercentes. Lege Macrobium in Saturnalibus, & Plutarchum in Cæſare: ubi multa quæ ad hanc rem pertinent, pertractantur. Sciendum ſacrificiũ Bonæ deæ publicum dici, & tamen eſſe minimè publicũ: ac propterea Damium appellari, ut Feſtus docet. Fiebat enim in operto, & contrarietate Damium dicebatur: & dea quoq; ipſa Damia, & ſacerdos eius Damiatrix uocabatur. ſed ideo publicum appellari conſueuit (ut publica ſaltem his intacta malis agerentur ſacra) quia mos fuit quotannis pro ſalute populi Romani in ædibus pontificis maximi huic deæ ſacra fieri, ut legimus in in uita Ciceronis, quibus faciendis tantum mulieres aderant. G
Quare ait Iuuenalis: Non ſine ſtomacho, ſed more ſiniſtro Exagitata procul non intrat fœmina limen Solis ara deæ maribus patet. Mactabatur in his ſacris ſus prægnans: ut, Atq; Bonã terræ placant abdomine porcæ Et magno cratere deam. Sunt qui dicunt Bonam deam Floram eſſe, in cuius ædem omni florum genere exornatam mulieres myrtum non inferebant, quæ cum uinum ei biberent, lac appellabant, quarum rerum cauſas Plutarchus tradit. Nonnulli Græcorum eam ex Liberi matribus eſſe, alij Proſerpinam, alij Semelen crediderunt.

PAVL. Et canis ante pedes, additur canis Laribus. Et Plutarchus Problem. lib. agit: Cur Laribus, quos propriè præſides uocant, canis aſſiſtit? ipſi autem canũ pellibus ueſtiuntur? An quod præſides ſunt, qui præſunt? Hos autem domus cuſtodes eſſe oportet, & alienis formidoloſos, ſicut canes uidemus? mites uerò ac leones, manſuetosq; domeſticis? An illud uerius eſt, quod à quibuſdã Romanis dicitur, & Chryſippus opinatur, dæmonia quædã mala circumire, quibus dij quaſi carnificibus, & ſcelerum ultoribus aduerſus iniuſtos & impios utuntur. Sic Lares furiales quidam ſunt & pœnarum & exactores uitæ, & operationum ſpeculatores. Iccirco enim fit, ut caninis pellibus induantur quibus & canis. ideo aſſidet, quòd ad inueſtiganda ſcelera & ulciſcendos improbos, ſagaces ſint. Et canis ſtabat fabricatus eodem ſaxo, imago canis in eodem marmore ſculpta. Ante pedes, H

A des,Larium. Quæ cauſa fuit ſtandi cum Lare, qua ratione Lari canis aßiſtit. Seruat uterque domum: hæc eſt ratio, quòd lar & canis cuſtodit domum. Vterque eſt fidus domino: fidelis ſuo domino eſt canis. de quo Plinius: Ex his animalibus multa ſunt cognitu digna, fidelißimum'que ante omnia homini canis. & fidelis Lar, qui domum ſeruat. Competat, ubi plures uiæ competunt. Sunt grata deo, Lari,id eſt quoniam in compitis coluntur.inde & Compitales dicti.Et Sueton. de Auguſto inquit: Compitales Lares ornare bis in anno inſtituit uernis floribus & æſtiuis. Compita grata cani: quoniam & ea ſeruat. Et Lar. Duo tamen ſunt Lares. ut in 2. Geminosq; parit qui compita ſeruant, Et uigilant noſtra ſemper in urbe Lares. Et turba Diania,canes Dianæ dicati. Exagitant, uexant & repellunt fures. Et euigilant Lares, & peruigilant canes:utrique ſunt uigiles,ut cuſtodiant & mœnia,& domus,et compita,ne quid mali per noctem fiat. Quærebam bina ſigna,bina ſimulacra. Deorum gemellorum,Larium,qui gemini ſunt. Facta caduca, collapſa, & deleta,

B Viribus annoſæ moræ, hoc eſt longitudine temporis, id eſt ipſa uetuſtate. Vrbs, Roma. Habet mille Lares,mille Larium ſimulacra. Et genium ducis, Mercurij. Qui tradidit illos: qui genuit Lares, cum Laram nympham iuſſu Iouis ad inferos ducens, eam grauem reddidit. Genium enim appellabant deum qui uim obtineret rerum omnium gerendarum. Auſtius. Genius, inquit, eſt deorum ſcilicet & parens hominum, ex quo homines gignuntur. & propterea genius meus nominatur,quia me genuit. Alij genium eſſe putarunt uniuſcuiuſque loci deum. præterea Marcellus, autore Laberio, oſtendit genium generis eſſe deum. Et uici colunt tria numina: in urbibus & compitis uicorum colebantur duo Lares, & ipſe genius. ſunt qui ad triuium referant, quoniam in triuijs colebatur Quo feror? quaſi,quò progredior. Auguſtus menſis habet mihi ius huius carminis: quaſi,non eſt agendum nunc de cõpitalibus: nam ea celebrantur in menſe Auguſto. Interea diua canenda Bona eſt: agendum eſt de dea Bona, cuius feſtum Calendas Maias celebratur. Vnde Cornelius Labeo, Theodoſio teſte, Maiæ, id eſt, Terræ, ædem Calendas Maias dedicatum, ſub nomine Bone deæ.& eandem eſſe Bonam deam, ex ipſo ritu occultiore ſacrorum doceri poſſe,confirmat. Hanc etiam Bo-

C nam,Faunam'que,Opem, & Fatuam pontificum libris indigitari: Bonam,quòd omnium nobis ad uictum bonorum cauſa eſt: Faunam, quòd omni uſui animantium fauet: Opem, quòd ipſius auxilio uita conſtet: Fatuam, à fando. Infantes partu editi, non prius uocem edunt, quàm terram attigerint. Sunt qui dicant hanc deam potentiam habere Iunonis, ideo quòd regale ſceptrum in ſiniſtra aditum. Eandem alij Proſerpinam credunt: porca'que ei rem diuinam fieri,quia ſegetem, quam mortalibus Ceres tribuit,porca depaſta eſt. Alij χθονίαν ἑκάτην, Bœotij Semelem credunt. Nec non Fauni filiam dicunt: obſtitiſſe'que uoluntati patris in amorem ſuum lapſi, ut & uirga myrtea ab eo uerberaretur, cum deſiderio patris, nec uino ab eodem preſſa, ceſſiſſet. Transfiguraſſe ſe tamen in ſerpentem pater creditur, E & coiſſe cum filia. Horum hoc indicij proferunt, quod uirgam myrteam haberi in templo nefas ſit, quòd ſuper caput eius extendatur uitis, qua pater eam decipere tentauit: quod uinum in templum eius non ſuo nomine ſoleat inferri, ſed uas mellarium & uinum, lac nuncupetur: ſerpentes'que in templo eius, nec timentes,nec terrentes appareant. Quidam Medeã putant, quòd in æde eius omne genus herbarum ſit, ex quibus antiſtites dant medicinas,quod templum uirum ingredi non liceat, propter iniuriam quam ab ingrato uiro Iaſone perpeſſa eſt.hæc apud græcos θεὰ γυναικεία dicitur. Quam Varro filiam Fauni tradidit adeò pudicam,ut extra γυναικωνῖτιν nunquam ſit egreſſa,nec nomen eius in publico fuerit auditum, nec uirum unquam uiderit, uel à uiro uiſa ſit: propter quod nec uir templum eius ingreditur. unde & mulieres in ſacro Herculis non licet intereſſe: quia Herculi Geryonis boues per Italiæ agros agenti, ſitienti reſpondit mulier,aquam non poſſe præſtare,quod fœminarum deo celebraretur dies,nec ex eo apparatu uiris guſtare fas eſſet: propter quod Hercules facturus ſacrum, deteſtatus eſt præſentiam fœminarum. Et Potitio ac Pinario ſacrorum cuſtodibus iußit, F ne mulierem intereſſe permitterent. Hæc ſunt quæ de Bona dea à Theodoſio referuntur. Et Plutarchus inquit: Romæ Bona dea colitur,quam Græci quidem γυναικέαν nominant. Eam Phryges, Midæ nepotes, regis parentem aſſerunt. Romani Dryadã puellam, Fauni uxorem exiſtimant. Nonnulli Græcorum illam ex Liberi matribus eſſe, quam ne fari liceat. unde & mulieres, cum feſtos ei dies peragunt, tabernacula in uitigineis intexunt ramis. Sacrum inſuper draconem deo ſecundum fabellam erigunt. Dumq; illi ſacra celebrantur, neque eò uirum accedere, neque domi adeſſe fas eſt in eis ſacrificijs. ipſæ inter ſe mulieres, multa orphicis conſentanea facere traduntur. Cum igitur ea inſtant ſolennia, uir ipſe ſeu præturam, ſeu conſulare gerat imperium, cuncti'que mares unà commigrant. Vxor domum ornatißimè extruit, ubi maxima ſacrorum pars noctu peragitur, & reliqua. Lactantius uerò inquit: Vt Pompilius apud Romanos inſtitutor ineptarum religionum fuit, ſic ante Pompilium Faunus in Latio, qui & Saturno duo nefaria ſacra conſtituit, & Picum patrem inter deos honorauit: & ſororem ſuam Faunam, eandemq; coniugem conſecrauit. Quam C. Baſſus Fatuam nomi- G natam tradit, quòd mulieribus fata canere conſueuiſſet, ut Faunus uiris. Eandem Varro ſcribit tantæ pudicitiæ fuiſſe, ut nemo eam quoad uixerit, præter ſuum uirum, mas uiderit, nec nomen eius audierit. Iccirco illi mulieres in operto ſacrificant, & Bonam deam nominant. Et C. Sextus Clodius in eo libro quem græcè ſcripſit, refert Fauni hanc uxorem fuiſſe: quæ quia contra morem, decusq; regium, clàm uini ollam ebiberat, & ebria facta erat, uirgis myrteis à uiro uſque ad mortem cæſam. Poſtea uerò cum eum facti ſui pœniteret, & deſiderium eius ferre non poſſet, diuinum illi honorem detuliſſe. Iccirco in ſacris eius obuolutam uini amphoram poni, &c.

NTO. Eſt moles natiua loco. Docet ædem Bonæ deæ fuiſſe in monte Auentino. Pars bona montis, magna pars. ut, Bona pars non ungues ponere curat, Non barbam. ne exiſtimemus ſaxum quod dicit, Auentini montis fuiſſe D particulam, quem Remus cepit, teſte Liuio, ad inaugurandum templum, cuius frater Romulus Palatium conſcendit. Remoriam ergo ſignificat, locum in Auentino, ut autor eſt Feſtus, ubi Remus de urbe condenda eſt.

Eſt moles natiua loco, res nomina fecit,
Appellant ſaxum, pars bona montis ea eſt.
Hic Remus inſtiterat fruſtra, quo tempore fratri
Prima Palatinæ regna dediſtis aues.

PAVL. Eſt moles natiua loco res nomina fecit, Appellant ſaxum, pars bona montis ea eſt. Poeta templum Bonæ deæ in Auētino deſcribit, quod Claudia uirgo, de qua egimus ſuperiore libro conſecrauit: poſtea uetuſtate collapſum, Liuia Auguſta reſtituit. Moles natiua eſt loco, rupes à natu- H ra, non manuum artificio fabricata. Res nomina fecit: quia ſaxum ingens eſt. Saxum appellant, erat pars bona montis: nam magna rupes Auentini montis: ſed in ea parte erat, quæ

A Tibri imminet. Hic, in hoc ſaxo. Remus fruſtra inſtiterat, cum captauit augurium pro condenda urbe: ſed fruſtrà, quia uictus eſt augurio Romuli. Quo tempore, eo tempore quo aues Palatinæ: uos uultures, quos Romulus ex Palatio obſeruauit. E Dediſtis prima regna fratri, Romulo, qui uictor augurio regnum adeptus eſt.

ANTO. Leniter accliui: nō in ſummo ſaxo, ſed in cliuo aſcēſu facili. Craſſorū nominis hæres. Craſſam uirginē appellatā dicit, quæ hoc templū dedicauit, quod poſtea reſtitutum eſt à Liuia Druſilla, imitata maritū Auguſtum, quē ſuprà diximus refectorē fuiſſe templorū. Audio eſſe qui Clauſorum legant, accipientes Claudiā uirginē, de qua multa ſuperius dicta ſunt. Cæterùm quæcunq; ea fuerit, à qua hæc ædes dedicata eſt, nihil uſquam de ipſa cōpertum B inuenies, quantū ad ædis dedicationem attinet.

Poſtera Hyperionis. Aurora Hyperionis filia, cuius exortu 6. nonas Maij flare inquit uentū quem Græci Argeſtē uocant, nos Caurū dicimus, ut A. Gel. & Plin. docent. is aduerſus Aquilonē flat, & hoc tempore in ortu auroræ nō tepet. Sed meminiſſe debemus, zephyrū à nonnullis Argeſtē appellari, teſte Plin. Plurimi tamen fauonium ſeparant ab Argeſte, & eos eſſe finitimos docent. ſecundū quos Plutar. ait in Sertorio: Qui uerò à mari perflant Argeſtæ & zephyri, raros & temperatos imbres ex pelago afferunt. A' Capreis. Inſula Caprearū contra Neapolim ſita eſt, autore Seruio, diſtatq; à Surrento 8. milibus paſſuū, teſte Plinio, qui eam ſcribit arce Tiberij Cæſaris nobilē C eſſe. Eam Auguſtus magnificentiſsimis ædificijs ibi ſtructis (ut inquit Strabo) peculiare ſibi receptaculum fecit: & Tiberius (ut Sueton. tradit) maiorē in modū adamauit, quod uno paruoq; litore adiretur, ſepta undiq; præruptis immenſæ altitudinis rupibus, et profundo mari. Hinc eſt quod multis undiq; ad eam inſulam cōfluentib. Poeta eam celebrans, inquit Argeſtē non paucis inde ſoluentibus opportunum. Pars Hyadum, &c. Sexto quoq; nonas Maij Hyades heliacè oriuntur. ſed has exiſtimandū non eſt primis tenebris, ſeu noctis initio apparere, cum autor eas hoc in loco tradat in ortū heliacum ferri, quæ antea latebant tectæ lucis propinquitate. nam hoc dicit: Vbi nox aduenerit, Hyades omnes apparebunt: quod in occaſu, uel paulo poſt occaſum ſolis fieri ullo modo non poteſt, cū omne ſidus quod noctu oritur, ſine dubio uel ortu chronico ſe oſtendat, uel emergat heliaco: quorum hic abeunti nocti, ille incipienti datur. Quod cum ita ſit, & hoc tempore nō Taurus, ſed Scorpius Tauri occaſu in ortū chronicum feratur noctis initio: reliquū eſt ut fateamur apparituras quidem Hyades noctu, ſed ortu heliaco, & paulo ante ſolis exortum. Hæ ſtellæ unde Hyades nominentur, diximus ſuprà. Sūt autem ſeptem, quamuis nōnulli duas ſtellas excludentes, quæ ſunt ubi naſcuntur Tauri cornua, Hyades quinq; tantum eſſe tradiderint. D Pars Bacchum nutriſſe putant: ſecundum Pherecydē, qui eas dixit Liberi fuiſſe nutrices. Tethyos has neptes. Oceanus & Tethys Aethram genuerunt. Ea nupſit Atlanti nondum in montem conuerſo, & Hyades peperit. necnon & ante illas

Templa patres illic oculos exoſa uiriles,
  Leniter accliui conſtituere iugo.
Dedicat hoc ueteris † Craſſorum nominis hæres,
  Virgineo nullum corpore paſſa uirum.
Leuia reſtituit, ne non imitata maritum
  Eſſet, & ex omni parte ſecuta uirum.
Poſtera cum roſeam pulſis Hyperionis aſtris
  In matutinis lampada tollet equis,
Frigidus Argeſtis ſummas mulcebit ariſtas,
  Candidaq; à † Capreis uela dabuntur aquis.
At ſimul inducent nocturna crepuſcula noctem,
  Pars Hyadum toto de grege nulla * latet.
Ora micant tauri ſeptem radiantia flammis,
  Nauita quas Hyadas * Græcus ab imbre notat.
Pars Bacchum nutriſſe putat, pars credidit eſſe
  Tethyos has neptes Oceaniq; ſenis.
Nondum ſtabat Atlas humeros oneratus olympo,
  Cum ſatus eſt forma conſpiciendus Hyas.
Hunc ſtirps Oceani maturis nixibus Aethra
  Edidit, & nymphas, ſed prius ortus Hyas.

† Clauſorū

† Calabris

* Patet, legit Melanthon, quoniā iam ante ſolē occidant.

* Grauis

filium qui appellatus eſt Hyas, à quo ſunt qui putent ſorores eius Hyades dictas.

PAVL. Illic, in eo ſaxo. Patres, ſenatores. Conſtituere templa, Bonæ deæ ſcilicet. Exoſa oculos uiriles: quaſi, quæ ingredi uiros non liceret. Iugo leniter accliui, curuato quaſi iugo lenis, hoc eſt facili aſcēſu cliui. Hæres ueteris nominis Clauſorum, Claudia, ex antiquo Clauſorum genere: de F quo diximus ſuperiore libro. ſed illud nunc addimus ex Liuio, 2. ab Vrbe condita, Claudiorum genus ueniſſe ex Regillo oppido Sabinorū, duce Accio Clauſo, anno quinto poſt eiectos reges, qui Romæ fuit Appius Claudius: & qui uenere cum eo, fecere tribum Claudiam. Paſſa corpore uirgineo nullum uirum, quæ nunquā uiro ſuccubuit. fuit enim uirgo Veſtalis, & ſpectatæ pudicitiæ, teſtimonio quoq; matris deûm. Liuia, coniunx Auguſti. Reſtituit, templū illud cum eſſet uetuſtate collapſum. Ne non, hoc eſt ut. Eſſet imitata maritum, & ex omni parte ſecuta uirum: ut omni ex parte imitaretur uirum, qui & antiqua templa reſtituebat, & noua conſtituebat, ut in ſecundo diximus: Templorum poſitor, templorum ſancte repertor, &c. Poſtera cum roſeam, pulſis Hyperionis aſtris. Sexto Nonas Maias oriuntur, heliacè tamen, Hyades, quarum ſuperius meminimus. Pherecydes Libe G ri nutrices eſſe demonſtrat, numero ſeptem, quas aiunt nymphas Dodonidas appellatas. Harum nomina ſunt, Ambroſia, Eudora, Fedyle, Coronis, Polyſſo, Phyleto, Thyæne. hæ dicuntur à Lycurgo fugatæ, & præter Ambroſiam oēs ad Tethym profugiſſe. Hyadas appellatas Muſæus tradit, quòd earum Hyas fuerit frater, à ſororibus plurimum dilectus. qui cum uenans à leone eſſet interfectus, quinq; ex ſororibus lamentationibus aſsiduis permotæ dicuntur interijſſe. Quare eas, quia plurimum de eius morte laborarent, Hyades dictas. Cicero appellatas dicit ab ὕειν, quod eſt pluere. à Latinis hæ ſtellæ, ſuculæ dictæ, Honorato teſte. Cum poſtera Hyperionis: ſequens aurora ab Hyperione, qui creditus eſt Solis, ac Lunæ & auroræ pater, ut in primo docuimus. Cum tollet roſeam lampada, lucem rubicundam. λαμπὰς Græcè fax. Pulſis aſtris, quæ obſcurantur aduentu maioris luminis. In equis matutinis matutino tempore ſurgentibus. Agreſtis, ruſticus ipſe. Frigidus: nam frigida hora diei. Mulcebit ſummas ariſtas quæ iam è culmis emerſere, & carpit aliquas ariſtas, & dijs offert, & ſacrificium pro ipſis ariſtis facit, cum ſint Floralia illud precatur, ne non tempeſtiuè floreant, & ut perueniant ad ma- H turitatem. Et candida uela dabuntur aquis, mari. A' campis, à littoribus: quoniam flabunt à terra uenti, puppes à littore & portu diſcedent. At crepuſcula nocturna, tēpus illud poſt occa-

A occaſum ſolis, ut ſuperius oſtendimus. Simul, poſtquam. Inducent noctē, cum erit nox ſexti diei nonarum. Nulla pars Hyadum, nulla ſtella ex Hyadibus. De toto grege, de toto numero. Latet, quia omnes ea nocte ſimul apparent. Ora Tauri micant, ſplendent. Radiantia ſeptem flammis: ſeptem flammeis ſtellis, quæ ſunt in fronte Tauri, ut ſuperiore libro docuimus. Quas, ſtellas. Nauita Græcus uocat Hyadas ab imbre, à pluuia: hoc eſt ab ὕειν, quod eſt pluere, Græci Hyadas dicunt. Pars Bacchum nutriſſe putat: multi putant Liberū nutritum ab his ſororibus fuiſſe, & ideo cœlū meruiſſe. Pars credidit eſſe has neptes Tethyos, et Oceani ſenis: filias Aethræ nymphæ, filiæ Oceani & Tethyos. ſic Oceani neptes ſunt. Nondum Atlas ſtabat oneratus humeros Olympo: nondum Atlas conuerſus erat in montem ſui nominis, ut ſuſtineret humeris cœlum. Cum eſt ſatus, natus ex Atlante & Aethra. Hyas conſpiciendus forma: Hyas formoſus, & præſtantia formæ admirandus. Aethra ſtirps Oceani, filia Oceani. Edidit hunc, Hyam. Maturis menſibus, maturo partu in decimo menſe. Et nymphas, peperit etiam Hyadas ſorores. Sed prior ortus Hyas: natus eſt Hyas, antequam naſcerentur ſorores. E

Dum noua lanugo pauidos formidine ceruos
Terret, & eſt illi præda benigna lepus.
At poſtquam uirtus annis adoleuit, in apros
Audet, & hirſutas cominus ire feras.
Dumq; petit latebras fœtæ, catulosq; leænæ,
Ille fuit Libycæ præda cruenta leæ.
Mater Hyan, & Hyan mœſtæ fleuere ſorores,
Ceruicemq; polo ſuppoſiturus Atlas.
Victus uterq; parens tamen eſt pietate ſororum:
Illa dedit cœlum, nomina fecit Hyas.
Mater ades florum, ludis celebrata iocoſis:
Diſtuleram partes menſe priore tuas.
Incipis Aprili, tranſis in tempora Maij:
Alter te fugiens, cum uenit, alter habet.

NTO. Dum noua lanugo, &c. Hyas in adoleſcentia uenator fuit leporum & ceruorum, in iuuenta aprorum, leonum, & ferarum eiuſmodi. Adoleuit, creuit. ut, Dum prima nouis adoleſcit frondibus ætas. Illa dedit

B cœlum. Pietas in cauſa fuit, ut Hyades referantur in cœlū, quibus Hyas nomen dedit. Mater ades florū. Floralia inſtituta quidem ſunt (ut Plinius docet) menſe Aprili, hoc eſt quarto calend. Maij, anno urbis 516. ex oraculis Sibyllæ, ut omnia bene defloreſcerēt. Quorū diē Varro determinauit, ſole Tauri partem quartamdecimā obtinente: quoniā ſi in hoc quatriduū inciderit pleniluniū, fruges & omnia quæ florebūt, lædi neceſſe ſit. Sed celebrabantur & ineunte Maio. ut, Exit & in Maias feſtum Florale calendas. Erantq; ludi Florales iocoſi, ut diximus suprà: in quibus & ædiles cicer, fabam, aliaq; eiuſmodi populo ſpargebāt, teſte Porphyrione. Vnde inquit Perſius: Cicer ingere largè Rixanti populo. Et mulieres nudabātur. propter quod ait Iuuenal. Digniſſima prorſus Florali matrona tuba. Et Valerius Max. refert, Catone theatrū ingreſſo, non auſum eſſe populū in

C ludis Floræ poſtulare, ut mulieres nudarētur: Catonemq; è theatro diſceſſiſſe, ne præſentia ſua ſpectaculi conſuetudinem impediret. Vnde illud eſt Martial. Meſſes iocoſæ, dulce cum ſacrū Floræ, in theatrū cur Cato ſeuere uenisti? an ideo tantùm uenires, ut exires? Tradiderunt nonnulli, hos ludos in patricio uico urbis ſolitos celebrari, qui à patricijs nomen accepit, ut Aphricus à Pœnis. Varro autē in cliuo, quem proximū uocat. Scire autem debemus, Floram mulierē fuiſſe, quæ cum magnas opes quæſtu meretricio quæſiuiſſet, populū Rom. ſcripſit hæredem, certamq; pecuniam reliquit, cuius ex annuo fœnore natalis eius dies celebraretur, editione ludorum, quos Floralia dixerunt. Quod quia ſenatui flagitioſum uidebatur, ut ſcribit Lactantius Firmianus, ab ipſo nomine argumentū ſumi placuit, ut pudendæ rei quædam dignitas adderetur. Deamq; eſſe finxerunt, quæ florib. præeſſet. quam Ouidius hoc loco non ignobilem nympham fuiſſe fabulatur, cui Chloris nomen fuerit. eamq; Zephyro nuptā quaſi dotis loco id accepiſſe muneris à marito, ut haberet florū omnium poteſtatē. Plinius auctor eſt, fuiſſe Romæ Floram Praxitelis opus, item Triptolemum ac Cererem in hortis Seruilianis. Sed cauendum, ne (quod quidam ætatis noſtræ homines memoriæ prodiderunt)

D exiſtimemus hanc Floram eſſe, quam Pompeius magnus dilexit, ſcortum adeo celebre, ut teſte Plutarcho meruerit ſimulacrum in æde Caſtoris & Pollucis. Qui enim ſpacia temporum metietur, inueniet aliam eſſe Floram, cui Romani Floralia inſtituerunt: & aliam, à cuius oſculo Pompeius nunquam ſine morſu diſcedere conſueuit. Ludis celebrata iocoſis: uerborum licentia, quib. effundebatur omnis obſcœnitas, nuditate meretricū, ac motibus impudentibus. Lege Lactantium. F

PAVL. Dum noua lanugo, dum eſt ille adoleſcens primæ lanuginis. Terret formidine ceruos pauidos: cū eſſet uenator, inſequebatur ceruos, & illos exterrebat. Et lepus eſt illi præda benigna, & lepores quoq; ex uenatione referebat: quos aut fallebat laqueis, aut canibus urgebat, aut ſagittis figebat. At poſtquā uirtus adoleuit annos. per hypallagē. id eſt, poſtquā anni adoleuere uirtutem, cum iam iuuenis eſſet robuſtior. Audet cominus ire in apros, propinquiore pugna adoriri apros. Et feras hirſutas: uilloſas, ut ſunt leones. Dumq; petit latebras, & catulos leænæ: dum petit latibula & cubilia ferarum, & leænarum catulos rapere tentat. Ipſe fuit præda cruenta Libycæ leæ, à leæna Libyca laceratus eſt. Mater, Aethra. Fleuit Hyan, filium à lea diſcerptum. Et ſorores mœſtæ fleuere Hyan, fratris mortem lacrymis & fletu proſequutæ ſunt. Et Atlas, pater mortē filij fleuit. Suppo G ſiturus ceruicē cœlo: qui futurus erat mons, & cœlū ſuſtentaturus. Tamen uterq; parens, Atlas & Aethra. Eſt uictus pietate ſororū: flebant & ipſi, quia ſorores inextincti fletu abſumptæ ſunt. Illa, pietas. Dedit cœlum: nam propter pietatem in cœlum relatæ ſunt. Nomina fecit Hyas, ab Hya fratre Hyades dictæ ſunt. Mater ades florum. Eadem die celebratur feſtum Floræ, quod ex Aprili in Maium translatum eſt. Floralia inſtituta Plinius refert urbis anno 516. ex oraculis Sibyllæ, ut omnia bene defloreſcerent. Hunc diem Varro determinat, ſole Tauri partem quartamdecimam obtinente. Ergo ſi in hoc quatriduum incideret plenilunium, fruges, & omnia quæ florerent, lædi neceſſe eſt. Inſtituti ergo ludi Florales, longè poſt uer ſacrum inſtituti uotum à Poſthumio & Lenate conſulibus: ut in hiſtorijs habemus, & poeta quoq; meminit, qui deā Chlorim fingit Zephyro nuptam, quæ hortis & floribus omnibus præeſſet. Ea uerò ſic à Lactantio refertur. Flora cum magnas opes ex arte meretricia quæſtuiſſet, populum Rom. ſcripſit hæredem, certamq; pecuniam reliquit, cuius ex annuo fœnore ſuus natalis dies celebraretur, editione ludorum, quos appellant Floralia. Quod quia ſenatui flagitioſum uidebatur, ab ipſo nomine argumentum ſumi H placuit, ut pudendæ rei quædam dignitas adderetur. Deam finxerunt eſſe, quæ floribus præſit: eamq; oportere placari, ut fruges cum arboribus aut uitibus bene proſpereq; floreſcerent.

A Eum colorem ſequutus in Faſtis poeta, non ignobilẽ nympham narrauit, quæ ſit Chloris uocitata: eamq́; Zephyro nuptã, quaſi dotis loco id accepiſſe muneris à marito, ut haberet omnium florum poteſtatem. Honeſtè quidem iſta dicuntur, ſed inhoneſtè turpiterq́; creduntur. Non debent, cum ueritas quæritur, huiuſmodi nos uelamenta decipere. Celebrãtur ergo illi ludi cum omni laſciuia, conuenientes memoriæ meretricis. Nam præter uerborũ licentiã, quibus obſcœnitas omnis effunditur, exuuntur etiã ueſtibus, populo flagitãte meretrices, quæ tunc mimorum funguntur officio: & in conſpectu populi, uſq; ad ſatietatẽ impudicorum luminum, cum impudendis motibus detinentur. Hæc ille. Et Poeta in Triſtibus de his etiam ludis impudicis inquit: Sæpe ſupercilij B nudas matrona ſeueri, Et Veneris ſtantes ad genus omne uidet. Corpora Veſtales oculi meretricia cernunt, &c. Ades mater florum: adſis, & faueas tu Flora. Celebrata ludis iocoſis, quaſi cuius feſtum cum omni ludorum laſciuia celebratur. Diſtuleram menſe priore partes tuas: diſtuli in hunc menſem de te ſcribere, cum feſtum tuum eſſet in Aprili. Incipis Aprili: nam pridie calendas Maias. Tranſis in tempora Maij: quòd menſe Maio celebrentur ludi. Alter menſis, Aprilis. Habet te fugiens, cum fugit: hoc eſt, ultimo die. Alter cum uenit, Maius te habet in principio.

Cum tua ſint, cedantq́ tibi confinia menſum,
Conuenit in laudes ille uel * iſte tuas.
Circus in hunc exit, clamataq́ palma theatris:
Hoc quoq́ cum circi munere carmen eat.
Ipſa doce, quæ ſcis, hominum ſententia fallax:
Optima tu proprij nominis auctor eris.
Sic ego. ſic noſtris reſpondit diua rogatis:
Dum loquitur, uernas afflat ab ore roſas.
Chloris eram, quæ Flora uocor: corrupta latino
Nominis eſt noſtri littera græca ſono.
Chloris eram nymphe campi fœlicis, ubi audis
Rem fortunatis antè fuiſſe uiris.
Quæ fuerit mihi forma, graue eſt narrare modeſtè:
Sed generum matri repperit illa deum.
Ver erat, errabam. Zephyrus conſpexit, abibam.
Inſequitur, fugio. fortior ille fuit.
Et dederat fratri Boreas ius omne rapinæ,
Auſus † Erichthea præmia ferre domo.

* ille
† Erechthea

ANTO. Confinia menſum. figuratè, pro menſiũ. Aprilis finẽ dicit, & principium Maij. Ille uel ille: quia uterque menſis uernus eſt, & tu florum dea. Circus in hunc exit: ludi Florales in cir- B cis, ſiue theatris celebrati, à fine Aprilis in hunc mẽſem exeunt. Niſi exiſtimes Equiria quoque hoc tempore celebrari: quod non placet. nam in theatro Floralia interdum celebraſſe Romanos, dubium non eſt. Ipſa doce: quæ dea es, et de te quæ uera ſunt, poteris explicare. Litera græca. χ litera, quam Græci aſpiratã habent, in f conuerſa eſt, uocabulo deprauato. Campi fœlicis, fortunatarum inſularum: quas Horatius diuites uocat. ut, Petamus arua, diuites & inſulas, Reddit ubi Cererẽ tellus inarata quotannis, Et imputata floret uſq; uinea. Ibi nonnulli poetarum Elyſium campum, & regionẽ piorum eſſe tradiderunt. Aẽ- C ria enim ſalubritas eius regionis peculiaris eſt: quæ in occaſum uergens, nunquam tepore caret. Sunt enim inſulæ fortunatæ contra Mauritaniæ finem, ad occidentem: quarum qualitatem non congruere penitus ad earum nuncupationẽ, quidam docuerunt, teſte Solino. Graue eſt: difficile mihi eſt, laudare propriã pulchritudinem, ſeruata modeſtia. Generum patri repperit. Honeſtè dicit, à Zephyro ſe fuiſſe cõpreſſam. Auſus Erechthea præmia ferre domo: auſus rapere Orythiam, ex qua & Borea dicuntur Zetes & Calais procreati. Ea ſecundum hiſtoriam fuit Erechthei Athenarum regis filia, quam Boreas rex Thraciæ habuit, & abduxit in Thraciam.

PAUL. Cum confinia menſum, pro menſium. Sint tua. Finis Aprilis, & principium Maij, illa ſunt horum duorum menſium confinia: finis unius, & principium alterius. Et cedant tibi, quia in his coleris. Ille uel ille conuenit in laudes tuas, & Aprilis & Maius conuenit tuæ celebritati. Circus exit in hunc, menſem ſcilicet: ludi qui in circo, ſeu theatro fiunt, transferuntur in hunc menſem. Et uerba clamata theatris: uerba iocoſa, quæ in theatro cum clamore proferuntur, in hunc menſem transferuntur. Hoc quoq; carmen, noſtrum. Eat cum munere cir- D ci, cum ludis theatralibus: cum illi fiant in menſe Maio, ita & in menſe Maio ſua facta canamus. Ipſa doce quæ ſcis: dicas tu de te ipſa, quæ dea ſis. Hominum ſententia fallax: ſolent enim homines non uera dicere. Tu eris optima auctor proprij nominis: quaſi tu optimè cauſam tui nominis docere poteris. Et dixit auctor fœminino genere. ut in Metamor. Meritorum auctore relicta. Sic ego, deam de nomine rogaui. Sic & ipſa reſpõdit rogatis meis, re- F ſponſum dedit meæ rogationi. Dum loquitur, ipſa dea Flora. Afflat, ſpirat ab ore. Roſas uernas, odorem roſarum uerni tẽporis. Chloris eram, &c. Nunc Flora Chlorim ſe uocatam dicit, fuiſſeq́; fœlicis horti nymphã. quæ cum eſſet admirandæ pulchritudinis, à Zephyro amatam: & ab eo datũ, ut florib. præeſſet, & ſe flores per omnem terram diſſeminaſſe. Chloris eram, quæ Flora uocor: appellabar ego prius Chloris, & nunc dicor Flora. Litera græca noſtri nominis, prima litera mei nominis. Eſt corrupta latino ſono, latina appellatione. Nam in principio, ubi eſſe debebat χ græcum, poſuere f latinum, & pro Chlori Flo- G ram dixerunt. χλωρός, à uiriditate. χλωρὰ enim uiridia ſunt. Eram ego Chloris nymphe campi fœlicis, fœlicium hortorum nympha. Vbi: in quo campo, aut in quibus hortis. Tu audis fuiſſe antè rem, familiarem ſcilicet, hoc eſt diuitias. Viris fortunatis, his qui in aureo ſeculo fuiſſent: qui his ueſcebantur, quæ tellus ſua ſponte procreaſſet. Aut uiris fortunatis, ipſis regibus. Quoniam (ut inquit Plinius) antiquitas nihil prius mirata eſt, quàm & Heſperidum hortos, ac regum Adonis & Alcinoi. Itemq́; penſiles, ſiue illos Semiramis, ſiue Aſſyriæ rex Cyrus fecerit. Aut ad inſulas fortunatas referas, de quibus alio loco diximus. Quæ fuerit mihi forma, quaſi quantum ego formoſa fuerim. Graue eſt narrare modeſtè: quaſi referre non poſſem, ſeruata modeſtiæ ratione. Et in prouerbio eſt, Laus in proprio ore ſordeſcit. Sed illa, forma. Reperit deum generum matri: nam ea captus Zephyrus, me in coniugẽ accepit. ſic deus repertus eſt, qui gener matris eſſet. Erat uer, errabã, per ipſos hortos. Zephyrus, uẽtus ipſe, qui ab occidẽte flat. Cõſpexit, me errantẽ. Abibã, ab eius aſpectu diſcedebã: Inſequitur, ille abeuntẽ. Fugio, ego celerius fugere cœpi. Ille uenit fortior: ua- H lidior, et maiore impetu. Nec ab re dicũtur hæc: quoniam flante uerno tempore Zephyro, & ipſam Chlori, hoc eſt uiriditatem inſequente, terra nouum colorem induit, omnia reuireſcunt, & flores edunt. Et Boreas dederat fratri, Zephyro. Omne ius rapinæ,

A rapinæ, cōceſsit illi omnem mei rapiendi poteſtatē. Boreas enim ex ſeptentrione flat. Verùm & Boream in Thracia regnaſſe, amaſſeq́; Orythiam Erechthei regis Athenarū filiam, rapuiſſeq́; illam, & in Thraciā duxiſſe, Euſebius refert: ex qua Zetus & Calais nati ſunt. Ergo cum Boreas raptor puellæ fuerit, & pro uento à poetis accipiatur, dedit & poteſtatem & uires Zephyro rapiendæ Floræ. Auſus, Boreas. Ferre præmia domo Erechthea, rapere ex Athenis Orythiā regis Erechthei filiam. E

Vim tamen emendat, dando mihi nomina nuptæ:
Inq́; meo non eſt ulla querela toro.
Vere fruor ſemper, ſemper nitidiſsimus annus:
Arbor habet frondes, pabula ſemper humus.
Eſt mihi fœcundus dotalibus hortus in agris:
Aura fouet, liquidæ fonte rigatur aquæ.
Hunc meus impleuit generoſo flore maritus:
Atq; ait, Arbitrium tu dea floris habe.
Sæpe ego digeſtos uolui numerare colores,
Nec potui: numero copia maior erat.
Roſcida cum primùm folijs excuſſa pruina eſt,
Et uariæ radijs intepuere comæ,
Conueniunt pictis incinctæ ueſtibus Horæ,
Inq́; leues calathos munera noſtra legunt.
Protinus accedunt Charites, nectuntq́; coronas,
Sertaq́; cœleſtes implicitura comas.
Prima per immenſas ſparſi noua ſemina † gentes: † terras
† Vnius tellus antè coloris erat.
Prima Therapnæo feci de ſanguine florem,
Et manet in folio ſcripta querela ſuo.
Tu quoq; nomē habes cultos Narciſſe per hortos:
Infœlix, quòd non alter & alter eras.

ITO. Vim tamē emendat: delet rapinæ iniuriam, matrimonij beneficio. Generoſo flore. Poeticè ſingulari nnmero utitur pro plurali: quamuis id etiam conceditur interdum ſoluta oratione ſcribentibus. Volui numerare colores, Nec potui. Magna oſtēditur copia, quæ numerū non admittit. Ipſe alibi: Nec ſi fortè roges, poſſem tibi dicere quot ſunt. Pauperis B eſt numerare pecus. Incinctæ ueſtibus Horæ. Hæ ſunt, de quibus auctor ait in primo huius operis libro, Præſideo foribus cœli cum mitibus Horis. Protinus accedunt Charites: Gratiæ Veneris famulæ, ut Lactantius grammaticus ſcribit. Alij Veneris & Liberi filias dicunt, teſte Seruio. Alij Iouis filias ex Eunomia. Hæ ſunt Aglaia, Euphroſyna, Paſithea: quarum poſtremam nonnulli Thaliam dicunt. ut, εὐφροσύνη τε, καὶ ἀγλαΐη, καὶ δῖα θαλεία. Prima Theropnæo &c. Therapne urbs eſt, ſiue uicus Laconiæ. unde auctor uocat Hyacinthi ſanguinem Therapnæum. quamuis Amyclis natus dicatur, quæ ciuitas eſt eiuſdem regionis. Claudianus: Te quoq; flebilibus mœrens Hyacinthe figuris, Narciſſumq́; metunt, tunc inclyta gramina ueris C Præſtātes olim pueros, tu natus Amyclis, Hunc Helicon genuit: te diſci perculit error, Hunc fontis decepit amor. Sunt aūt Amyclæ ſacræ Apollini, teſte Lactantio grammatico: ubi (ut idem inquit) Hyacinthus occiſus eſt, quē Apollo dilexit. Martialis: Torquebat Phœbum Daphne fugitiua, ſed illas Oebalius flammas iuſsit abire puer. Hunc Apollo, cum diſco luderet, imprudens oppreſsit, mutauitq́; in florem eiuſdem nominis, ubi duæ literæ inſcriptæ cernuntur, a i, quæ uox lugubris eſt. Plinius uiolas eſſe inquit purpureas, quæ ſpōte apricis & macris locis proueniunt, ac latiore folio exeunt ſtatim ab radice carnoſa, ſolasq́; græco nomine à cæteris diſcerni appellatas, ita ut ab ijs hyacinthina ueſtis. Quidam apud Pliniū legunt, Ianthina ueſtis, quod non diſplicet. In folio ſcripta querela ſuo. Sunt qui regum nomina inſcripta fabulentur, propter Aiacē. ut, Dic quibus in terris inſcripti nomina regū Naſcūtur flores. Qui nō alter et alter eras: infœlix, quia unus fuiſti, & nō amaſti alterum, ſed teipſum, ſiue imaginē tuā. Nota eſt fabula. Hic flos qualis ſit, apud Plin. lege.

regēs

AVL. Emendat tamen, ipſe Zephyrus. Vim, uiolentiam mihi illatam. Dando nomina nuptæ: nam licet rapuerit, in uxorem tamen habuit. Et non eſt ulla querela in meo toro: quia nihil D eſt, de quo aut ego poſsim, aut ille queri, cum mutua ſit inter nos beneuolentia. Vere fruor ſemper: quia uer æternū eſt, ubi ego ſum. Semper nitidiſsimus annus, quia ſemper uernum eſt mihi tempus. Arbor habet frondes, ſemper ſunt uirentes arbores in agris meis. Sēper humus habet pabula: nam ſemper uiret. Eſt mihi fœcundus hortus, habeo ego fœlicē hortum. in agris dotalibus, in dotem mihi traditis. Aura fouet: quaſi ſemper illic leuis zephyri flatus ſpirat, ut foueat naſcentia in eo. Rigatur ipſe, hortus. Fonte nitidæ aquæ. Et irrigandos eſſe hortos Plinius præcipit. Meus maritus, Zephyrus. Impleuit F hunc, hortum. Generoſo flore, nobilibus & pulcherrimis floribus. Atq; ait, Tu dea, Flora nympha. Habe arbitriū floris, habeas ius in omnes flores. Sæpe ego uolui numerare colores digeſtos: obſeruabam uarietatē colorum, tam bene per flores diſpoſitam, & numerare uolebam. Nec potui, numerare. Copia, multitudo colorū. Erat maior numero: nam infiniti erant, & qui numerari non poſſent. Et de qua uarietate Plin. inquit: Sed ne pictura quidem ſufficienti imagini colorū reddendæ, maximarumq́; rerū uarietati. Roſcida cum, &c. Ex eo horto, cum ſol rorē deſiccauerit, Horæ & Charites flores colligunt, & dijs ſerta contexunt. Cum primùm pruina roſcida, id eſt ipſe ros. Excuſſa eſt à folijs: excutitur uēto, & deſiccatur ſole. Et uariæ comæ, uarij flo G res. Intepuere radijs. ſolis rorē deſiccantis. Cōueniunt Horæ, quæ cœli portas ſeruare dicūtur: de quibus in primo diximus. Incinctæ ueſtib. pictis, uarij coloris. Et legunt noſtra munera, colligūt noſtros flores. In leues calathos, qualos ex tenuiſsimo uimine. Virg. Tibi lilia plenis Ecce ferunt nymphæ calathis. Protinus accedunt Charites, quæ latinè Gratiæ dicuntur. Sunt autem tres: ἀγλαΐα, quod ſignificat ornamentū. εὐφροσύνη, lætitia. θαλεία, celebritas. Iouis & Eunomiæ filiæ dicuntur. Verùm multi dicunt è Cœli ſemine natas, aſtitiſſeq́; Ioui in cunis puero.

Et nectunt coronas: ex floribus, quas dijs offerebant. Et in ſacris, & in triumphis erat coronarum uſus. Vnde & Plinius: Quin & uocabulum, inquit, ipſum tandem inde communicatum eſt inter ſacra, & bellicos honores, coronis ſibi nomen ſuum uindicantibus. Et ſerta implicitura cœleſtes comas, quibus dij caput implicant. Et Plinius inquit: Cum uerò è floribus fierent ſerta, à ſerendo ſeruiæ appellabantur. Prima ego ſparſi noua ſemina, nouos flores. Per immenſas gentes, quaſi per totum orbem. Tellus erat antè unius coloris: nulla erat in ea uiriditas, nec uarietas, unus erat tantùm color. Flora enim prius flores accepit in horto ſuo, deinde ea totam his terram im- H pleuit. Prima ego feci florem de ſanguine Therāmnæo, prima conuerti Hyacinthi pueri ſanguinem in purpureas uiolas: de quo diximus ſuperiore libro, ubi de pratis Ennæis egimus.

Thera-

A *Theramnæo, à Theramne uico Laconiæ. Et in Heroidibus: Rure Theramnæo nata puella Phrygem.* Et querela, *Apollinis de morte pueri, quem amauit, & imprudenter occidit.* Manet *ſcripta in folio ſuo: ſignatæ enim literæ tenuißimis uenulis diſcernuntur, ut ſuperius diximus. Et Poeta agit de his in decimo Metam. & in decimotertio, cum Aiacē dicat in hunc quoq; florem demutatum.* Tu quoq;, ô Narciſſe. *Habes nomen per hortos cultos, & in hortis tu celebraris: quia nomen tuum flos retinet, in quem conuerſus es.* Infœlix *quòd non eras alter & alter: quòd non eratis duo, quòd non erat alter à te ille quem amabas: ſed idem eras. nam imagine tua captus interijſti. Nota eſt fabula, quæ refertur à Poeta in quarto Metamor. De generibus librorum eſt, cuius duo genera: unum purpureo flore, alterum herbaceum. Secundum genus ſtomacho inutile, & ideo ab aliquibus Vomitorium dicitur. Caput grauat. ideo uolunt à narce narciſſum dictum, non à puero.* B

ANTO. Crocon. *Adoleſcentem Crocum, mutatum in florē ſui nominis, poetæ finxerunt: quem amaſſe ferunt puellã Smilacem, quam quidam Similacem, alij Milacem uocant. & conuerſam dicunt in fruticem ſui nominis, infauſtum ſacris & coronis, quoniam ſit* B *lugubris. Eſt autem ſmilax ſimilis hederæ, profecta primùm è Cilicia: ſed in Græcia frequentior, teſte Plinio, qui etiam docet, primam nobilitatem eſſe croco Cilicio, & ibi in monte Coryco, taxumq; à Græcis ſmilacem uocari: & eſſe in Arcadia tam præſentis ueneni, ut ſi qui dormiant ſub ea, cibum'ue capiant, moriantur. Sed eius ſmilacis materiei, quam hederæ ſimilē diximus, proprium eſt, ut auribus admota leuem ſonum reddat.* Atyn. *Atys matris deûm con-*

Quid Crocon, aut Acin referã, Cinyraq; creatum,
De quorum per me uulnere ſurgit honor?
Mars quoq;, ſi neſcis, per noſtras editus artes,
Iuppiter hoc ut adhuc neſciat, uſq; precor.
Sancta Iouem Iuno, nata ſine matre Minerua,
Officio doluit non eguiſſe ſuo.
Ibat ut Oceano quereretur facta mariti,
Reſtitit ad noſtras feſſa labore fores.
Quam ſimul aſpexi, Quid te Saturnia, dixi,
Attulit? expoſuit quem petat ipſa locum.
Addidit & cauſas, uerbis ſolabar amicis.
Non, inquit, uerbis cura leuanda mea eſt.
Si pater eſt factus neglecto coniugis uſu
Iuppiter, & ſolus nomen utrumq; tenet,
Cur ego deſperem fieri ſine coniuge mater?
Et parere intacto, dummodo caſta, uiro?
Omnia tentabo latis medicamina terris,
Et freta, tartareos excutiamq; ſinus.
Vox erat in curſu, uultum dubitantis habebam
Neſcio quid nymphe poſſe uideris, ait.
Ter uolui promittere opem, ter lingua retenta eſt,
Ira Iouis magni cauſa timoris erat.
Fer precor auxilium, dixit, celabitur auctor,
Et Stygiæ numen teſtificabor aquæ.

*Et Adonij Plinius meminit.* De quorū, *puerorum.* Vulnere per me, *quaſi mea opera.* Surgit honos: *ſurgunt ipſi flores, quib. habetur honos in coronamētis.* Mars quoq;, &c. *Refert nunc, Martem ſua arte natum. Nam cum Iuno filios párere non poſſet, uideretq; Mineruam ſine uſu matris è uertice Iouis natam, opē imploratura ad Oceanum et Tethyn ibat. Sed cum lōgo itinere ad Floræ fores conſediſſet, interrogata, uiæ & mœſtitiæ cauſam expoſuit. Dedit illa illi florē: quo tecta, ſine uiri uſu grauida effecta eſt, & Martem peperit. Inde eſt, quòd gramine ortus dicatur, ut diximus in fine ſecundi.* Si neſcis, *tu ô poeta.* Mars quoq; eſt editus, *ex Iunone natus.* F Per noſtras artes: *nam ex noſtris floribus.*

C *cubitum fugiens, genitalia ſibi amputauit. Florem per eum accipi diuus Auguſtinus tradit. Sunt qui hoc loco non Atyn matris deûm, ſed alterum accipiendum putent.* Cinyraq; creatum. *Adonis Cinyræ ac Myrrhæ filius ab apro dilaniatus dicitur, ac mutatus in florē. Hunc Venus amaſſe traditur. ut, Sæpe ſub ilicibus Venerem Cinyraq; creatū Suſtinuit poſitos quælibet herba duos.* Mars quoq;, &c. *Martē alij Iouis & Iunonis filium dicunt. Alij Iunonis tantùm, quam ferunt tacto flore concepiſſe, & deinde peperiſſe Martem deum: quem quidã (auctore Feſto) Gradiuum dictū uolunt, quòd è gramine ortus ſit. Quod ideo fingitur, quia corona graminea in re militari multæ eſt honorationis. Huic deo gramen conſecratum dicunt, quòd id ex humano cruore procreetur.* Oceano: *apud Oceanum, qui eſt deorum parens.* Facta mariti: *qui Mineruam non ex Iunone, ſed è ſuo uertice produxiſſet.* Solabar, *minuebam dolorem. Id enim eſt ſolari.* Nomen utrumq;, *patris & matris.* Ter uolui promittere opem. *Impar numerus fœlix eſt, ut diximus. Id & quæ hic ſubijciuntur, oſtendunt.*

PAVL. Quid referam Crocon, *iuuenem Crocum in florem quoq; conuerſum, de quo in primo diximus.* Aut Acin: *puerum à nymphis amatum, & in flores ſui nominis conuerſum.* D Cinyraq; creatum: *Adonin Cinyræ regis ex Myrrha filia natū, quem Venus amauit, de quo in 10. Metam. & ab apro interemptum in florem demutauit: cecinitq; carmen, quod ex eo Adonicum dicitur.*

Precor, ego. *Vt Iupiter neſciat uſq; hoc, precor ut ſemper ſit Ioui occultum.* G Vt adhuc: *ut uſq; in hunc diem neſciuit, ſic nec in poſterū reſcire poßit.* Iuno ſaucta *doluit Iouē nō eguiſſe ſuo officio, non fuiſſe illi opus ſuo cōcubitu.* Nata Minerua ſine matre: *cum nata eſſet Pallas ſine uſu matris, ex uertice Iouis armata proſiliens, ut in tertio diximus.* Ibat, *Iuno.* Vt quereretur, *cum querela exponeret.* Oceano, *deorū parēti.* Facta mariti, *Iouis.* Feſſa labore, *itineris.* Reſtitit ad noſtras fores, *ſubſiſtit ante ianuã ædium mearum.* Quam, *Iunonē.* Simul, *poſtquam aſpexi.* Dixi, *O' Saturnia, quid te attulit? quæ cauſa te huc ad nos aduexit?* Exponit *quem locū ipſa petat, narrat quò eat.* Addidit & cauſam: *nam ſe ire ad Oceanū, ut de Ioue quereretur.* Verbis ſolabar amicis: *quaſi uolebã eius dolorē lenire dulci ſermone.* Inquit, Mea cura non eſt leuanda uerbis: *dolor hic meus non eſt ſermone leniendus, ſed re.* Si Iupiter eſt factus pater, neglecto uſu coniugis: *ſi ex Ioue nata eſt Minerua, ſine congreſſu uxoris.* Et ſolus tenet nomen utrumq;, *& patris & matris.* Cur ego deſperē fieri mater ſine cōiuge: *ſi facilè fuit Ioui párere filiã, cur ego diffidã mihi ipſi, uelut párere non poſſim ſine uſu uiri, cū facilius eſſe debeat fœminis, quàm maribus?* Et párere intacto uiro, *ſine ullo cōcubitu.* Dummodo caſta, H *ſeruata lege pudicitiæ.* Tētabo omnia medicamina latis terris, *experiar quicquid medicamēti eſt in terris.* Et freta, *& quicquid medicaminis erit in mari.* Et excutiam tartareos ſinus, paludes

A *paludes infernas.* Vox erat in curſu: *quaſi proſequebatur illa ſermonem.* Habebam uultum dubitãtis: *uultu ego indicabam dubitare an illi reſponderem, cum opem præſtare poſſem: an reticerem metu Iouis.* Ait: O' nymphe, neſcio quid uideris poſſe: *neſcio quid uultu indicas te poſſe præſtare.* Ter uolui promittere opẽ: *polliceri illi auxiliũ, & dare medicamentũ, quo párere poſſet.* Ter lingua retenta eſt: *cõtinui linguã, ne loqueretur.* B Ira Iouis magni erat cauſa timoris: *tacebã ego, quòd Iouis iram timebam.* Fer precor auxiliũ, dixit: *affer opem tu Flora mihi.* Celabitur auctor: *quaſi nunquã reſciri poterit, te mihi opem dediſſe.* Teſtificabor numen aquæ Stygiæ: *iuro ego per Stygiam paludẽ, hoc ſemper fore occultũ Ioui. De Styge aliàs dictũ.*

Quod petis, Olenijs, inquam, tibi miſſus ab aruis
Flos dabit: eſt hortis unicus ille meis.
Qui dedit hunc, dixit: Sterilẽ quoꝗ tange iuuencã,
Mater erit. tetigi. nec mora, mater erat.
Protinus hærentem decerpſi pollice florem:
* Tangitur, & tacto concipit illa ſinu.
Iamq́ grauis Thracen, & læua Propontidos intrat:
Fitq́ potens uoti, Marsq́ creatus erat.
Tunc memor accepti per me natalis, Habeto
Tu quoꝗ Romulea, dixit, in urbe locum.
Forſitan in teneris tantùm mea regna coronis
Eſſe putes: tangit numen & arua meum.
Si bene floruerint ſegetes, erit area diues:
Si bene floruerit uinea, Bacchus erit.
Si bene floruerint oleæ, nitidiſsimus annus.
Poma quoꝗ euentum temporis huius habent.
Flore ſemel læſo, pereunt uitiæꝗ, fabæꝗ:
Et pereunt lentes aduena Nile tuæ.
Vina quoꝗ in magnis operoſe recondita cellis
Florent, & nebulæ dolia ſumma tegunt.
Mella meum munus: uolucres ego mella daturas
Ad uiolam, & cytiſos, & thyma cana uoco.

Olenijs aruis, *ab urbe Oleno. Ea eſt in Achaia, ut diximus ſuprà, Item in Bœotia, et alibi. Placet accipias Olenon Arcadiæ, propter florẽ moly herbæ.* Mater erat: *ſterilis iuuenca concepit, et peperit.* Thracen: *partem Scythiæ, ut nonnullis placet, hoc eſt Thraciam, quæ alit homines ferociſsimos, à qui-* B *bus Mars colitur. Vnde illud eſt in 3. Aen.* Terra procul uaſtis colitur Mauortia campis, Thraces arant. Læuamq; Propontidos: *terram quam Propõtis alluit à læua, id eſt Thraciam ipſam. Eſt autem Propõtis, ubi mare panditur inter Euxinum mare & Helleſpontũ.* Nitidiſsimus annus: *abundans oleo, quo uncti homines nudis corporibus nitẽt. ut,* Nudatosq; humeros oleo perfuſa niteſcit. *Hinc poetæ palæſtram nitidam dicunt. ut,* More tuæ gentis, nitida dum nuda palæſtra Ludis. *&,* Læte lyræ pulſu, nitida quoq; læte palæſtra. *Athenienſes primi nudi atq; uncti oleo, in gymnaſijs ſe exercuerunt, auctore Thucydide.* Et pereunt lentes aduena Nile tuæ. *Aegyptias* C *lentes dicit. Virg. de his in 1. Geor.* Nec Peluſiacæ curam aſpernabere lentis. *Duo apud Peluſiotas, ſiue Aegyptios huius leguminis genera ſunt: alterũ rotundius ac nigrius, alterum ſua figura. Taurus philoſophus Athenis accipiebat amicos cœna, ut ſcribit Aulus Gel. cuius fundamentũ erat, in olla una lentes Aegyptiæ, & cucurbitæ minutim cæſæ. Exiſtimauit ſanè antiquitas, æqui animi fieri homines, qui lentibus ueſcerentur. Vnde lentos dicimus, qui nullo mouentur affectu.* Vina quoq;, &c. *Ipſa quoq; uina in cellis uinarijs condita florere dicuntur, cum in ſummo ueluti flores gignunt: qui ſi candidi fuerint, probãtur, teſte Plinio. Hos auctor nebulas uocat.* Cytiſos, *frutices laudati pabulo ouium. Cæterùm ut Plin. tradit, fuerũt qui dicerẽt apes nunquam de flore cytiſi pabula contingere: cum quibus non ſentit Ouidius.* Inquam, *dico ego.* Flos mihi miſſus ab aruis Olenijs, dabit quod petis: *flos aductus ab agris Oleni urbis, de qua paulo ſuperius, faciet te párere ſine uſu uiri.* Ille eſt unicus in hortis meis: *unum tantummodo habeo, non plures.* Qui dedit hunc: *Zephyrus, qui mihi florem illum tribuit, dixit.* Continge ſterilem iuuencam, erit mater: *tanta eſt in hoc flore uis, ut ſi ſterilem iuuencam tangas, ſubitò erit grauida, & pariet.* Tetigi, *ego iuuen-* D *cam ſterilem.* Nec mora, erat mater: *nam mox grauida peperit.* Protinus decerpſi pollice florem hærentem: *ſtatim truncaui florem unguibus, ſuo ſtipiti inhærentem.* Tangitur, *Iuno eo flore.* Illa concipit ſinu intacto: *concepit utero pudico, nõ ab alijs tacto. aut concepit in utero, quam eo flore tetigerat.* Iamq; grauis, *grauida.* Ibat Thracen, *in Thraciam.* Et læuam Propontidos, *ad ſiniſtrã Propontidis. quod mare illud eſt inter Helleſpontum & pontum Euxinum, & à ſiniſtra Thraciam abluit.* Fitq; potens uoti, *peperit ſine uſu uiri: ſic fuit uoti compos.* F Et Mars erat creatus, *natus in Thracia ſine uiri ſemine. Ideo & Thraciæ præſidet. Virgil.* Gradiuumq; patrẽ, Geticis qui præſidet aruis. Tum, *poſtea.* Memor accepti per me natalis: *lõgè pòſt Mars memor beneficij, quòd mea ope natus erat.* Habeto, dixit, tu quoq; locum in urbe Romulea: *quaſi celebreris tu quoq; Romæ, & templum tibi conſecretur.* Forſitan in teneris, &c. *Non modò eſt mihi data poteſtas in flores, unde ſerta et coronæ fiant: ſed in arbores quoq;, & in ſegetes: quæ ſi bene floruerint, fertilitatem pollicentur. A' floribus enim prognoſtica ipſa captantur. ut Maro quoq; oſtendit de amygdalorum floribus, & tenellis fœtibus, in 1. Geor.* Contemplator item cum nux ſe plurima ſyluis Induet in florem, & ramos curabit olentes. Si ſuperant fœtus, pariter frumenta ſequentur, Magnaq; cum magno ueniet tritura calore, &c. G Putes tu forſitan eſſe tantùm mea regna: *exiſtimes fortè tu, tantummodo me habere ius.* In teneris coronis, *ex tenellis floribus connexis.* Numen meum tangit & arua: *nam & in aruis quoq; habeo poteſtatem.* Si bene floruerint ſegetes, *ſi copioſe & tẽpeſtiuè floruerint.* Erit area diues: *nam magna erit tritura, & magna frugum copia.* Si uinea bene, *copioſe & tempeſtiuè floruerit.* Erit Bacchus, *erit uini etiã copia ingens.* Si oleæ bene floruerint, erit annus nitidiſſimus: *erit magna quoq; olei copia. Nitidiſſimus dixit, reſpectu eorum quæ oleo perunguntur. nam peruncta nitent.* Poma quoq; habent euentum temporis huius: *habent & poma fortunam uerno tempore, cum florent. quòd ſi bene floruerint, fertilitatem pollicentur.* Flore ſemel læſo: *ſi pruina corrũpet, aut peruret, aut uenti decutient flores.* Pereunt uitiæq; fabæq;: *fruges & legumina tam utilia, quàm noxia pereũt. Vitiæ dictæ (ut aliqui uolunt) quòd frumenta uitient. & tamẽ Plinius ea pingueſcere arua aſſerit. De fabis plura diximus in Georgicis.* Et pereunt ô Nile aduena, *qui aliunde aduenis in Aegyptum.* H Tuæ lentes: *quaſi pereunt etiam lentes Aegyptiæ. Nam duo genera lentis (ut Plin. inquit) Aegypto, alterũ rotundius nigriusq́, alterum ſua figura. Vnde uario uſu tranſlatum eſt in lenticulas nomen.*

Q

A nomen. Vina quoq; condita operoſe, cum artificio compoſita. in magnis cellis, in magnis dolijs. Florent, ſupernè florere ui dentur. Et nebulæ, quod inſtar nebulæ fit in ſuperficie. Do lia ſumma petunt: ſummitatem uaſorum, ubi condita erunt uina. Et Plin. florem uini candidum probari dicit: rubentem triſte ſignum eſſe, ſi non is uini calor ſit. Mella meum munus: quia è floribus, qui ſunt mei iuris, decerpũtur. Ego uoco uolucres da turas mella: apes, quæ mella in alueariјs cõponunt. Voco ad uiolam. Speciẽ pro genere poſuit: nam ad flores. De uiolis diximus. Et cytiſos. Fruticẽ eſſe cytiſum, inquit Plinius, ab Amphilocho Athenienſi ſummis laudibus prædicatũ, pabulo ouium. E Et addit: Non ex alio pabulo lactis maior copia, aut melior, ſuper omnia pecudum medicina, à moribus omni uſu præſtante. Apes quoq; nunquam de flore cytiſi pabula contingere, promittit Democritus & Ariſtomachus. Ex quo miror poetam dixiſſe, ad cytiſos apes uocari. Hic frutex (ut Plinius inquit) inuentus eſt in Cytno inſula: inde tranſlatus in omnes Cycladas, mox in Græcas urbes, caſei magno prouentu: rarusq; eſt in Italia.

Et thyma grata. De thymo, ſuperiore libro diximus.

Nos quoq; idẽ facimus tunc, cum iuuenilib. annis
Luxuriant animi, corporaq; ipſa uigent.
Talia dicentem tacitus mirabar. at illa,
Ius tibi dicendi, ſi qua requiris, ait.
Dic dea, reſpondi, ludorum quæ ſit origo.
Vix bene deſieram, rettulit illa mihi.
Cætera luxuriæ nondum inſtrumenta uigebant:
Aut pecus, aut latam diues habebat humum.
Hinc etiam locuples, hinc ipſa pecunia dicta eſt.
Sed iam de uetito quiſq; parabat opes.
Venerat in morem populi depaſcere ſaltus:
Idq; diu licuit, pœnaq; nulla fuit.
Vindice ſeruabat nullo ſua publica uulgus:
Iamq; in priuato paſcere, inertis erat.
Plebis ad ædiles perducta licentia talis
Publicios, animus defuit antè uiris.
Rem populus recipit, mulctam ſubiere nocentes:
Vindicibus laudi publica cura fuit.

ANTO. Nos quoq; idem facimus. Iuuenal. Feſtinat enim decurrere uelox Floſculus. Cicero in Catone maiore, Temeritas eſt uidelicet florẽtis ætatis. Ludorum quæ ſit origo. E parte multæ, qua plectebantur qui pecora in B publicis ſaltibus pauiſſent, Florales ludos inſtitutos dicit. Cætera luxuriæ inſtrumẽta: ut aurum, argentum, balnea, unguenta. Hinc etiam locuples. à locorũ poſſeſſionibus dicti ſunt locupletes, ut à pecore pecunioſi. Maiorum enim diuitiæ aut locis, id eſt agris cõſtabant, aut pecore. Vnde locupletes dicti ſunt, quaſi locis, id eſt agris pleni. Et pecunia à pecore nomen accepit. ſicut & peculatus, quem docet Feſtus dictum à pecore, tunc cum Romani nihil præter pecora haberent. Vnde peculij nomen deductum Seruius putat, qui ab eo uult pecuniam deriuari. Plin. ſignatũ æs fuiſſe tradit, nota pecudum, atq; inde pecuniã appellatã: cuius nomine non ſolùm æs, argentum, C aurum'ue ſignatũ, ſed & omnia corpora continentur, quorum æſtimationẽ metimur nummo. Hinc illud eſt Varronis, quòd in pecore pecunia tunc conſiſtebat. Et illud Donati in alia ſignificatione, ſic: Veteres multa unciatim, cum expẽſa pecunia ferretur more ueterum, non ut nunc annumeraretur. Apud maiores pecunia ſacrificiũ fieri dicebatur, quod ex his rebus conſtabat, quam nunc pecuniam dicimus, teſte Feſto: qui & ſcribit id quod diximus, apud antiquos opes & patrimonia ex pecoribus præcipuè conſtitiſſe, & inde dici pecunias & peculia. Populi depaſcere ſaltus: publicos ſaltus, non priuatos. Vindice nullo: nullo defendente, uel aſciſcente populo Rom. quod erat publicum, non priuatum. Vindicare interdũ eſt aſciſcere, uel defendere. In priuato paſcere inertis erat: is iners habebatur, cuius pecora non in publico paſcerentur. Vnde cum Publicijs ædilib. plebis mandatum eſſet, afficerent pœna, quicunq; populi Rom. ſaltus depaſcerent, & ij timidius mãdata exequerentur, populus coegit nocẽtes mulctam ſubire, cuius pars in Floræ ludos collata eſt. Mulctam ſubiere nocentes. Mulcta Oſcè pœna dicitur, auctore Feſto: fuitq; olim non niſi ouiũ, boiumq; impendio, teſte Plinio. Sunt qui mulctam ſpecialis peccati animaduerſionẽ uocent, ac pœnam uelint D eſſe generale nomen. De mulcta mox plura dicemus. Vindicibus. Publicij fuerunt ædiles plebis: quorũ muneris erat, ludos inſtituere. Ab his Publicius cliuus nomẽ accepit. Varro: Cliuus publicius, ab ædilibus plebei publicijs, qui eum publicè ædificarũt.

Sunt qui legant, Ab ædibus plebei. quod procedere ullo modo non poteſt, cum ſubijciat Varro: Simili de cauſa Publius & Coſtonius, quòd ab his uiris dicũtur ædificati. Sed de hoc ſatis ſuprà dictum eſt. Vindices aũt nõ Publicios, ſed eos F q in populo curã utilitatis publicæ ſuſceperunt.

PAVL. Nos quoq; idem facimus, nos etiã ad flores uocamur ætate iuuenili. Tunc cum animi, noſtri. Luxuriant, laſciuiunt. Annis iuuenilibus, per ipſam iuuẽtam. Cum ipſa corpora uigent, ob feruorẽ ſanguinis in iuuenta. Talia dicentem tacitus mirabar: ego intentus uerbis illius, ſilens, cum admiratione deã intuebar. At illa ait, Si qua requiris, ſi quid requirere uis. Ius tibi dicendi: poteſtas tibi eſt loquendi, & requirendi quæ uoles. Reſpondi, Dic dea, quæ ſit origo ludorum, unde Florales ludi originẽ habuerint. Vix bene deſieram, loqui ſcilicet. Illa retulit mihi: Cætera luxuriæ, &c. Inquit Flora, habuiſſe ludos originem à pœna pecuniaria G exacta ab illis, qui publicis paſcuis non pepercerant: cum olim non eſſent diuitiæ in precioſis mercibus, ſed in agris, & in pecoribus. Cuius uerò pecus in ſaltibus populi depaſtum eſſet, pecunia mulctabantur: & ex parte mulctæ exhibiti ſunt Florales ludi. Nondum uigebant cætera inſtrumenta luxuriæ: nondũ uigebant illa inſtrumenta, quibus magna rerũ copia cõpararetur & profunderetur: quia nondũ erat copia auri & argenti, quæ ad luxuriam pertinent. Inſtrumentũ inquit Vlp. eſſe apparatum rerum diutius manſurarũ. Diues, qui eo tempore diues habebatur. Aut habebat pecus, aut latã humum: non poſſidebat aurũ, aut argentum, ſed pecudes, & latos agros. Hinc etiã locuples: à lata humo, hoc eſt à locis, dictus eſt locuples. Et Plin. inquit: Hinc & locupletes dicebant loci, hoc eſt agri plenos. Hinc ipſa pecunia dicta eſt. Et Plin. Pecunia ipſa à pecore appellabatur. Videtur quidẽ totũ hunc locum à poeta accepiſſe. Et illud poſtea ſubdit, quod in primo diximus. Seruius rex, ouiũ boumq; effigie primus æra ſignauit. Sed iam quiſq; parabat opes de uetito: de eo quod ſuum non erat, diuitias ſibi parabat. Venerat in morem, iam id in conſuetudinẽ uerſum. Depaſcere ſaltus populi: nemora, montes, & paſcua, quæ populi erant, & non priuata. Et H id diu latuit, quia ad populum non referebatur. Et nulla pœna fuit, quia nemo mulctabatur. Vulgus, populus ipſe. Seruabat ſua publica nullo uindice, nullo qui ulciſceretur damnũ pabulis inſe-

A *inferentem, aut nullo qui tunc rem populi uindicaret.* Sua publica, *dixit, quia ex illis paſcuis erat populi reditus.* Et poſtea *ad alia quoq; translatum uerbum.* Vnde & Plin. *inquit:* Etiam'num *in tabulis cenſorijs paſcua dicuntur omnia, ex quibus populus reditus habet, quia diu hoc ſolum uectigal fuerat.* Et iam inertis *erat, quaſi pertinere ad ſegnem & inertē uidebatur.* Paſcere *in priuato: in loco proprio, & non publico.* Talis licentia plebis: *hæc licētia, qua abutebantur plebeij homines in depaſcendis ſaltibus publicis.* Perducta, *relata eſt.* Ad ædiles publicios, *qui publica procurabant.* Aediles *creare à patribus plebs impetrauit, ubi è* Sacro monte *redijt, qui eſſent poſt tribunitiā poteſtatem, & ſacras & priuatas ædes procurarēt, præeſſentq; annonæ. & à ſolio eburno* Curules *dicti ſunt. & duo ex his ornati regijs inſignibus, curam ſacrorum & ludorū habebāt.* Curulium *ædilium adeò creuit aliquando poteſtas, ut ad eos ſumma rerum, & imperij cōſularis maieſtas uenerit.* Verùm *ut eſt apud* Pomp. Iuriſc. *de* Origine iuris, *ædiles duo ex plebe conſtituti erant: atq; ita appellati, quòd ædibus præeſſent, in quibus omnia ſcita ſua*
B *plebs defendebat, & c.* Animus defuit *antè uiris, non audebant olim ædiles plectere aliquem ex illis.* Rem populus recipit: *accepit populus ſuam ipſe cauſam agendā, ut eos plecteret, quorum quadrupes pauperiem feciſſe dicebatur.* Nocentes ſubiere mulctam, *dedere pœnam.* Oſcæ *enim mulctam pœnā dicebant,* Pomponio *teſte.* Sed Vlp. *inquit:* Mulctam *inter & pœnam multum intereſt, cum pœna generale ſit nomē, omnium delictorum punitio: mulcta ſpecialis peccati, cuius animaduerſio hodie eſt pecuniaria: pœna autem non tantùm pecuniaria, uerùm capitis & exiſtimationis irrogari ſolet.* Et *mulcta quidem ex arbitrio eius uenit, qui mulctā dicit: pœna autē non irrogatur, niſi quæ lege, uel quoquò alio iure ſpecialiter huic delicto impoſita eſt. quinimmo mulcta ibi dicitur, ubi ſpecialis pœna non eſt à lege impoſita.* Itē *mulctā is dicere poteſt, cui adiudicatio eſt.* Magiſtratus *enim ſolos, et præſides prouinciarū poſſe mulctā dicere, mādatis permiſſum eſt.* Pœnā *autem quiſq; irrogare poteſt, cui huius criminis, ſiue delicti executio cōpetit.* Hæc *ille.* Plin. *uerò inquit:* Mulctatio *quoq; non niſi ouium boumq; impendio dicebatur.* Publica cura fuit laudi uindicibus: *laudati ſunt illi, qui gerētes curam publicam, rem populi populo uendicarunt.* E

NTO. Mulcta data eſt ex parte mihi. *Mulctaticiæ pecuniæ pars in* Floræ *ludos collata eſt, pars in* cliuom *cliuum publicum: ut is qui erat nimium arduus, molliorē adeūtibus præberet aſcenſum, ac ſterneretur.* Hunc *nonnulli tradiderunt protendi ad* Sublicium *pontē: quod non cōſtat.* Cæterùm *ludi* Floræ *non in hoc cliuo, ſed in alio aliquando celebrabātur, quem* Varro *proximum uocat: qui cum* Publij & Coſconij *meminiſſet,* Cliuus, *inquit, proximus ad* Floralés *uſus.*

> Mulcta data eſt ex parte mihi, magnoq; fauore
>   Victores ludos inſtituere nouos.
> Parte locant * cliui, qui tunc erat ardua rupes:
>   Vtile nunc iter eſt, Publiciumq; uocant.
> Annua credideram ſpectacula facta, negauit,
>   Addidit & dictis altera uerba ſuis.
> Nos quoq; tangit honos: feſtis gaudemus, & aris:
>   Turbaq; cœleſtes ambitioſa ſumus.
> Sæpe deos aliquis peccando fecit iniquos,
>   Et pro delictis hoſtia blanda fuit.
> Sæpe Iouem uidi, cum iam ſua mittere uellet
>   Fulmina, thure dato ſuſtinuiſſe manum.
> At ſi negligimur, magnis iniuria pœnis
>   Soluitur, & iuſtum præterit illa modum.

*rum.* Nos quoq; *ſicut & homines: quorum artes honos alit, ut auctor eſt* Cicero. Hoſtia blāda: *cuius honore & ſacrificio dijs blandientes, meremur admiſſi ueniā.* Iuſtum modum: *quia contempti dij ſupra modum iraſcuntur, ſi credere fas eſt.*

PAVL. Mulcta ex parte eſt data mihi, *pœna illa ex parte erogata eſt ad exhibendos mihi ludos.* Et magno fauore, *ſenatus ſcilicet, et pop. Rom.* Victores, *illi qui exegerant à delinquentibus mulctā: aut uictores Romani.* Inſtituere ludos nouos, *quia tum primùm inſtituti ſunt mihi ludi.* Parte locāt cli. *quaſi locarunt* G *circum, aut theatrū, pro meis ludis, in parte cliui Capitolini ſcilicet. Sed plures erant cliui, ut diximus in 1. lib.* Qui, *cliuus:* Tunc erat rupes ardua, *alta & difficilis aſcenſus.* Nūc eſt iter utile, *quia commodū omnibus.* Et uocant Publicium. Publicius *cliuus, ut ait* Var. *ab ædilib publicis, qui eū publicè ædificarunt.* Simili *de cauſa* Publius & Coſconius *cliui, quòd ab his uiris dicuntur ædificati.* Cliuus *proximus ad* Florales *uſus, uerſus* Capitolium *uetus.* Ergo *ſub cliuo ludi fiebant.* Sunt *tamen qui intelligendum cenſent illud,* Parte locant cliui, *quòd ex parte mulctæ facti ſunt ludi, et ex parte ædificatus eſt ille cliuus.* Annua credideram ſpectacula facta, *putauerā ego annuos ludos illi inſtitutos, hoc eſt ſingulis annis.* Ita *enim annuum accipimus.* Et *in iure eſt, ſi quis annua legata reliquerit, deberi illa ab hæredibus ſingulis annis.* Negauit, *dea annuos ludos exhibitos.* Et addidit altera uerba *uerbis ſuis, quia rurſus loqui cœpit.* Nos quoq;, *& c.* Nunc *aliud arguit dea, numina ſtudioſa eſſe honoris, & flecti muneribus, & pietate hominum, & ſpernentes deos grauibus affici ſupplicijs: quod arguitur plurimorū exemplo.* Sic *cum ea ſpreta eſſet à* Romanis, *indignata flores abſtulit: ita ut nec ex a-*

H *gro nudo, nec ex agro cōſito, nec ex agro paſcuo, nec ex florido fructus prouenirent.* Tunc *ſenatus, ſi omnia bene floruiſſent, annuos mihi ludos uouit.* Reddidimus *flores, & à* Poſthumio & Lenate *conſulibus ludi ſunt mihi perſoluti.* Nos quoq;, deos.

C *les uſus.* Non *prætereundū hoc loco, quod ſcribunt* Plin. & Plutar: *mulctā legum antiquarū (ut nos etiam ſuprà tetigimus) pecore conſtitiſſe: & cum nummorū uſus apud* Romanos *nondum frequens eſſet, cōſueuiſſe plecti ſontes bobus ouibusq;.* Fuit *autem mulcta, quæ appellabatur ſuprema, inſtituta in ſingulos dies, ut* Aul. Gel. *tradit, duarū ouium, ac triginta boum: ultra quem numerum mulctā dicere in dies ſingulos ius non erat: & propterea ſuprema, id eſt ſumma & maxima appellabatur. nam minima erat unius ouis.* Sed *quoniā eiuſmodi mulcta à magiſtratib. dicta, adigebantur boues ouesq;, aliàs precij parui, aliàs maioris, idcirco poſtea lege* Aterina *cōſtituti ſunt in oues ſingulas æris deni, in boues æris cēteni.* Hinc Feſtus: Maximā, *inquit, mulctā dixerunt triū miliū et uiginti aſſiū: quòd nō licebat quondā plurib. uiginti bobus, & duabus ouib. quenquam mulctari: æſtimabaturq; bos centuſſibus, ouis decuſſibus.* Parte locāt cliuū. Cauendū *ne legamus,* Parte uocant cliui: *credētes locatum, id eſt conſtitutū fuiſſe aliquid in cliuo publicio, quod ad* Floram *attineat.* Quod *ſi eſſet, non mulctæ pars, ſed omnis pecunia mulctaticia contigiſſet* Floræ: *quod procedere ullo modo non poteſt.* Legendū *eſt ſanè,* Parte locant cliuū. Eſt *enim hic locare, conducenti præſcribere aliquid faciendum, non conſtituere. ut,* Alta theatri Fundamenta locant.
D Annua credid. & c. Ludi Florales *ab initio anniuerſarij non fuerunt, ſed tales poſtea conſtituti ſunt,* Lenate Poſthumioq; *conſulibus: cum indignata florū dea deſeruiſſet officiū ſuum, & corruptis floribus, fructus quoq; perierint & arborum & herba*

A Tangit honor, quia & nos dij ſumus honoris cupidi. Gaudemus feſtis, diebus feſtis nobis conſtitutis. Et aris, templis et ſacrificijs. Turbaq; cœleſtes, nos dij. Sumus turba ambitioſa, honoris cupida. Sæpe aliquis peccando, cum peccaret. Fecit deos iniquos: non æquos, non propitios ſibi, ſed eos ad iram prouocauit. Et pro delictis, pro impetranda delictorum uenia. Hoſtia fuit blanda, quaſi tanquam blanditijs allexit deos ad ueniam: nam ſedata eſt ira ſacrificio. Sæpe uidi Iouem thure dato: quaſi oblato illi ſacrificio, & cremato thure. Suſtinuiſſe, continuiſſe manum. Cum iam uellet mittere ſua fulmina: cum in aliquem delinquentem iratus, eſſet emiſſurus ſua tela, continuit manum, motus illius pietate, cum poſt delicta ipſi Ioui ſacrificaret. At ſi negligimur, ſi ſpernimur à mortalibus. Soluitur iniuria: quaſi plectuntur ſpernentes pro iniuria nobis illata. Magnis, grauiſſimis. Pœnis, quia grauiſſimo ſupplicio afficiuntur. Et ira, deorum ſcilicet. Præterit, excedit. Iuſtum modum, quia nimium iraſcimur. E

Reſpice Theſtiaden, flammis abſentibus arſit:
Cauſa eſt, quòd Phœbes ara ſine igne fuit.
Reſpice Tantaliden, eadem dea * uela tenebat:
Virgo eſt, & ſpretos bis tamen ulta focos.
Hippolyte infœlix uelles coluiſſe Dionem,
Cum conſternatis diripereris equis.
Longa referre mora eſt collecta obliuia damnis.
Me quoq; Romani præteriere patres.
Quid facerem? per quod fierem manifeſta doloris?
Exigerent noſtræ qualia damna notæ?
Excidit officium triſti mihi: nulla tuebar
Rura, nec in precio fertilis hortus erat.
Lilia deciderant, uiolas arere uideres,
Filaq; punicei languida facta croci.
Sæpe mihi Zephyrus, Dotes corrumpere noli
Ipſa tuas, dixit. dos mihi uilis erat.
Florebant oleæ, uenti nocuere proterui:
Florebant ſegetes, grandine læſa ſeges.
In ſpe uitis erat, cœlum nigreſcit ab auſtris,
Et ſubita frondes decutiuntur aqua.
Nec uolui fieri, nec ſum crudelis in ira:
Cura repellendi ſed mihi nulla fuit.

*tela, [illegible] ſed ut al. Niobes filias reſpicere [illegible] dere, [illegible] tamen [illegible] co [illegible] non poſ[illegible] cum Tantalis [illegible] micum [illegible] nimum Tantaliden [illegible] m, non [illegible] accuſatiuum facias.

ANTO. Theſtiadem, Meleagrum, à Theſtio auo materno, hoc eſt patre Althea. Nota eſt fabula. Ipſe alibi: Vtq; cremaſſe ſuũ fertur ſub ſtipite natum Theſtias, & melior matre fuiſſe ſoror. Phœbes, Dianæ: quam Oeneus præterijt, cum B dijs omnibus ſacra faceret. unde Meleager eius filius unà cum fatali ſtipite conſumptus eſt. Reſpice Tantaliden, Agamemnonẽ, qui dictus eſt Atrei filius ex Merope. Atrei autẽ pater eſt Pelops, Pelopis Tantalus. Ouid. alibi: Tantalides omnes, ipſumq; regebat Achillẽ. Hic pars militiæ dux erat, ille ducũ. Sed ut placet Seruio, uſurpatiuè Agamemnon & Menelaus Atridæ dicti ſunt, cum fuerint Pliſthenis filij: quorũ Agamemnon, cum Dianæ ceruã occidiſſet ignarus, illa irata, uentorum flatus remouit, ut diximus ſuprà. unde adducta eſt Iphige-C nia Agamemnonis filia, ut immolaretur. Ipſe autẽ poſtea ab uxore Clytæmneſtra dicitur interemptus. Is poſt interitũ Pliſthenis ab Atreo educatus eſt. unde à patrui nomine Atrides magis, quàm à patre Pliſthenides dicitur. Fuerunt ſanè Pelopis filij Atreus, Pliſthenes, & Thyeſtes, & eorũ ſoror Lyſidice. Eadem dea uela tenebat, in Aulide retenta ſunt uela Græcorũ. Virgo eſt, &c. Senſus eſt: Diana quidẽ eſt uirgo, & clemens eſſe debuit: bis tamen ultra modum ulta eſt acceptã iniuriam, morte Meleagri, & Iphigeniæ ſacrificio: cum Agamemnõ, quam focis & re diuina debuit uenerari, neglexiſſet, cerua interẽpta. Dionem, Venerem: quæ irata Hippolyto, à quo ſpernebatur, iniecit ſtimulos amoris Phædræ. unde ille ab equis diſcerptus eſt. Conſternatis, territis. Conſternamur animo, conſternimur corpore. Collecta obliuia damnis. figuratè. hoc eſt, dãna collecta ex obliuione deorũ, atq; contemptu. Noſtræ notæ: ignominiæ, quam ſpreta omiſſis ludis acceperam. Excidit officium triſti mihi, corrupti ſunt flores ſola deæ triſtitia. Purpurei croci. Maſculino genere crocum dicimus, florem ſignificantes. Venti nocuere, qui flores oleis abſtulerunt. Nec uolui fieri: ne cadere uideatur crudelitas in placidiſſimam deam. Hinc eſt quod ait ſu-D prà, Excidit officium triſti mihi. quod caſus fuit, non uolũtatis.

PAVL. Reſpice Theſtiadem, Meleagrum, Theſtij ex Althea matre nepotem. Arſit flammis ardentibus. Nota eſt fabula apri Calydonij, Aetoliæ à Diana immiſſi, quòd ei Oeneus rex Meleagri pater non ſacrificauerat. Aper à Meleagro occiſus eſt, & datũ amicæ ſpoliũ, cum ab auunculis illi ereptum eſſet, auũculos & ipſe interemit. Althea mater pronior animo in fratres, quàm in filium, ſtipitem diu ſeruatũ, in quo erat filij fatum, flammis iniecit: & eo ardente, arſit infœlix Meleager. Cauſa eſt, ꝙ ara Phœbes, ara Dianæ. Fuit F ſine igne, ſine ſacrificio. Reſpice Tantaliden, Niobem Tãtali filiam. Eadem dea, Diana. Tenebat tela, ſagittas: quibus cõfodit & extinxit numeroſam illius ſobolem. Virgo eſt, ipſa Diana. Et tamẽ bis ulta focos ſpretos: bis uindictã ſumpſit de his, qui ſuas ſpernebant aras. nam de Calydonia domo, & de Niobe: quæ duodecim filiorũ numero tumida, ſuperiorem ſe Latona iactabat, quæ duos tantũ pepererat, cum ipſa 12. G peperiſſet. Indignati Phœbus & Phœbe, ſobolẽ extinxerũt, & illa in ſaxũ uerſa eſt. Hippolyte infœlix, uelles tu coluiſſe Dionem, Venerẽ Diones filiã. Cũ diripereris, diſcerpereris. Equis cõſternatis, metu mõſtri ad fugã cõcitatis. De Hippolyto diximus in tertio. Nunc hoc dicit: Tu uoluiſſes colere Venerẽ, et ut debuiſſes, amãti puellæ obſequi. quod ſi feciſſes, nõ fuiſſes ab equis diſcerptus. Cõſternatio, ut Pomp. inquit, eſt cõcitatio quædã ſubita ex aliquo metu, à ſternutamẽto deducta, quòd eo toto corpore cõcutimur. Lõga referre mora eſt, longũ eſſet recenſere. Obliuia hominũ, cum obliuiſcũtur debitarum immolationũ. Collecta dam. damna mortalium, & demerentiũ pœnas. Me quoq; præteriere, ſilentio ſcilicet. Romani patres, ſenatores. Quid facerẽ? facere debuiſſem? Per quod fierẽ manifeſta doloris: quaſi per quod me illud ægrè ferre, liquidò cõſtaret. Qualia dãna exigerẽt, exigere debeãt. Noſtræ notæ, dedecus & ignominia: qua notata erã, cum eſſem ſine ludis & ſacrificio. Excidit officiũ triſti mihi: quaſi ego mœſta ab officio uacaui. Nulla rura tuebar, nullos fouebã agros. ſic et nulli florebãt, aut intẽpeſtiuè deflorebant. Nec in precio erat hortus fertilis: ubi ſolet eſſe florum copia, iam infœcũdi, quos non tuebar, horti non florebãt. H Lilia deciderãt: quia malè defloruerant: aut ſtatim erũpentes flores necabantur. Videres uiolas arere, quaſi ſubitò natas areſcere. Et fila croci purpurei facta languida, defecta & diſſoluta. Nam & languor interdũ defectionẽ & diſſolutionẽ ſignificat, teſte

A teſte Nonio. Vnde Verg. Purpureus ueluti cum flos ſucciſus aratro Langueſcit moriens ſæpe. Zephyrus, uir meus dixit mihi. Noli corrumpere dotes tuas: flores ipſos, & floridos agros, qui tibi dati loco dotis. Dos mihi uilis erat: uiles erant horti & flores, in quos acrius ſæuiebam. Florebant oleæ, emittebãt flores. Venti proterui nocuere: nam eos ex arboribus decuſſere, & ſic malè defloruerunt, Florebant ſegetes: fruges ipſæ cum in herbis eſſent, flores edebant. Seges eſt læſa grandine: nam flores decußi, & fructum non reddidit. Vitis erat in ſpe: amißis intempeſtiuè ſegetibus, & oleis, ſupererat ſpes uinearum. Cœlum nigreſcit, fit nubilum. Auſtris, meridionalibus uentis & pluuiam inferentibus. Et frondes, uitium. Excutiuntur ſubita aqua, ſubitis nimbis. Nec uolui fieri crudelis, nec in ira uolui fieri crudelis. licet irata eſſem, tamen meopte ingenio neq; crudelis ſum, neq; eſſe uolui. Ego enim illa noxia agris indicabam: ſed cum uenirent, non auertebam. ideo inquit, Sed mihi nulla fuit cura repellendi: non adhibebam curam in repellendis noxijs, ſed patiebar ita fieri. E

Conuenere patres, & ſi bene floreat annus,
Numinibus noſtris annua feſta uouent.
Annuimus † uoto: Conſul cum Conſule ludos
Poſthumio Lenas perſoleũre mihi.
Quærere conabar quare laſciuia maior
His foret in ludis, liberiorq; iocus,
Sed mihi ſuccurrit numen non eſſe ſeuerum,
Aptaq; delicijs munera ferre deam.
Tempora ſutilibus pinguntur tecta coronis,
Et latet iniecta ſplendida menſa roſa.
Ebrius incinctis Philyra conuiua capillis
Saltat, & imprudens * utitur arte meri.
Ebrius ad durum formoſæ limen amicæ
Cantat, habent unctæ mollia ſerta comæ.
Nulla coronata peraguntur ſeria fronte,
Nec liquidæ iuncto flore bibuntur aquæ.
Donec eras miſtus nullis Acheloe racemis,
Gratia ſumendæ non erat ulla roſæ.

† Votis

* ...ertitur

NTO. Conuenere patres. Senatus uouit tunc Floræ annuos ludos, ſi herbæ & arbores bene floreret. quod cũ eueniſſet, Lenas & Poſthumius conſules uota ſoluerunt. Liberiorq; iocus: non ſolum laſciuia rerum in his ludis fuit, ſed iocus B nequam & impudicus. is propriè in uerbis eſt. Succurrit, in mentem uenit. Sutilibus coronis. Coronæ ſutiles in ſolennibus conuiuijs dari conſueuerũt, primùm ex roſis, poſtea ex folijs nardi. Suebãtur flores, unde ſutiles coronæ dictæ. De uarietate coronarum lege Plinium. Is docet aliquando conſueuiſſe ſutiles coronas fieri ex ſolo roſarum folio creſcente luxuria. Philyra. Ablatiuus caſus eſt Philyra. nec ſignificat hoc loco ſtemmata, ſiue coronas, cũ antepenultima corripiatur, nec dupliciter litera: ſed mulieris nomen eſt, quæ coronas nectere conſueuit. De qua legimus apud Horatium: Diſplicent nexæ Philyra coronæ. Vbi ſi ſtemmata ſignifices, uerſus claudicabit. [Philyra legendum, & hic C & apud Horatium. Quæ autem ſint Philyræ, & quomodo in coronas adhibebantur, uide Politiam Miſcell. 72. & Plinium lib. 16. cap 21.] Vnctæ comæ, unguentatæ more maiorum. Seria, grauia: quaſi ſeorſum à riſu, ut quibuſdam placet. Acheloe. Secundum antiquitatem locutus eſt: quæ, ut Seruius docet, aquam Acheloũ uocabat. Idem & apud Macrob. inuenies.

lib. 21. ca. & ſe... libus.

AVL. Conuenere patres ſenatores. Et uouent facta annua nominibus noſtris: uouerunt ludos mihi, qui à meo nomine Florales dicerentur. Si annus bene floreat: quaſi, ſi quolibet anno agri tempeſtiuè & copioſe floreſcerent. Annuimus uoto: quaſi, nutu promiſimus fore, ut agri bene floreſcerent. Lenas conſul cũ conſule Poſthumio. de quib. ſuperius diximus. Perſoluere mihi ludos, edidere ipſos Florales ludos. ut ex Plinio diximus, inſtituti fuere 516. anno Vrbis. Quærere conabar: contendebã mecum, ut quærerem de laſciuia ludorum. Sed uenit mihi in mentẽ, numẽ non eſſe graue, ſed leue & iocoſum: q, ea offerat munera, quibus aut amentes, aut epulantes hauſto mero & in delicijs utantur. Conabar igitur, inquit quærere, quare in his ludis foret laſciuia maior quàm in cæteris ludis. nam celebrant cum omni laſciuia uſq; ad ſatietatem impudicorũ luminũ. Et iocus li D berior, quia laſciuia liberiore. Sed mihi ſuccurrit, in mentẽ uenit. Non eſſe ſeuerũ, tetricum & graue. Et deam, Florã. Ferre munera, ipſos flores & coronas. Apta delicijs, iocis Cupidineis, & Bacchicis. Tempora, frontes, & ipſa tempora. Tota pinguntur, quia uarijs florib. coronata picturã imitari uidentur. Coronis ſutilibus, ex ſutis floribus. Coronæ enim & tenuiores ſunt, & Aegyptiæ, et ſutiles, et pactiles. Tenuiores coronas antiqui, ut Plin. aſſerit, Strophia appellarũt. hinc et Stro F phiola. & cũ ex florib. fierent ſerta, à ſerẽdo ſeriuæ appellabantur. Hybernæ uerò, cũ negantur flores, Aegyptiæ dictæ, q, ex Aegypto flores ueniebant. Cœpit inde luxuria facere coronas ex metallo, quas ob tenuitatẽ Romani dixere corollas. Craſſus diues ex argento & auro, imitatione foliorum, coronas dedit ludis ſuis. Et, ut idem inquit, etiã tum coronæ deorũ honos erant, & Larium publicorũ, priuatorumq;, & ſepulchrorũ, & maniũ. Summaq; autoritas pactili coronæ. ſutiles Saliorũ ſacris inuenimus. Adeò luxuria proceſſit, ut ſutiles coronæ non fierent niſi ex mero folio roſarũ, & mox ex herbis et florib. Indicis petitæ: laudatißimæq; ex nardi folio dabantur unguentatæ, et potiſsimum fœminarũ pompis. & reliqua. Et menſa ſplendida, G lauta & luxurioſa. Latet iniecta roſa, fuſis roſis in ipſis cõuiuijs. Conuiua ebrius, poſt epotũ uinum. Saltat capillis incinctis, innexis: hoc eſt, coronatis. Philyra contextis. Philyra, et Glycere corollariæ fuere: & bracteas dediſſe Philyrã, inquit Plin. Et imprudens, conuiua. Vtitur arte meri, cum ebrietate incõpoſitè ſaltet. Ebrius, amator ſcilicet. Cantat ad limen durũ, ad duras fores quæ nõ aperiuntur. Amicæ formoſæ. Sicut & Tibull. Delia tolle fores. & ipſe Poeta: Ianitor in dia dura religate catena, Difficilem moto cardine pande forem. Comæ unctæ, unguento fuſæ. Habent mollia ſerta: nam unguentati coronabantur, ut etiam eſt apud Lucanum in conuiuio Cleopatræ: Accipiunt ſertas nardo florente coronas, Et nunquam fugiente roſa, multum'que madenti Infudere comæ, quod nondum euanuit aura Cinna nec externæ nec perdidit aera terræ, Aduectum'que recens uicinæ meßis amomum. Nulla ſeria, grauia cum adhibito rebus ordine. Peraguntur fronte coronata: ſed iocoſa omnia, nec modo, nec ordine ſeruato. Nam accedente ebrietate, coronati ſeria facere non poſſunt. Nec liquidæ, puræ & uitreæ aquæ. Bibuntur uinctis flore, ab his qui caput habent floribus coronatum: nam uina immixta aquis non hauriunt, ſed merum potant. H

Donec tu Acheloe eras mixtus nullis racemis, nullo racemorum fructu, hoc eſt, nullo uino. id eſt, dum aqua pura bibebatur.

A Non erat ulla gratia roſæ ſumendæ, non erat gratus ullus coronarum uſus. Nam aquam haurientes non coronantur. Quia Acheloe inquit, uoluit Vergilium imitari dicentem: Pocula quæ uinctis Acheloia miſcuit uuis. Nec tamen ego cum Seruio et Macrobio ſentio, qui illud dictum putant quòd antiqui Acheloiam aquam uocabant. Nam illud Vergilianum, & hoc Ouidianum, ad hiſtoriam referendum cenſeo. Scimus enim Acheloum eſſe in Aetolia fluuium. & Aetolum fuiſſe conſtat Staphylum Syleni filium, qui fuit uuæ repertor. Vnde ab eo Græci σταφυλὴν uuam appellauere. Et Plinius tradit Staphylum hunc primum docuiſſe uinum aqua miſceri. Ergo quia hic docuit, & Aetolus fuit, referatur ad Aetoliæ fluuium, cuius aqua prima fuerit immixta uino. Sed de his in Georgicis diſſeruimus. B

Bacchus amat flores, Baccho placuiſſe coronam,
Ex Ariadnæo ſidere noſſe potes.
Scena leuis decet hanc: non eſt, mihi credite, nō eſt
Illa cothurnatas inter habenda deas.
Turba quidem cur hos celebret meretricia ludos,
Non ex difficili cauſa petita fuit.
Non eſt de tetricis, non eſt de magna profeſſis,
Vult ſua plebeio ſacra patere choro.
Et monet ætatis ſpecie, dum floreat, uti.
* Contemnit ſpinam, cum cecidere roſæ?
Cur tamen ut dantur ueſtes Cerealibus albæ,
Sic eſt hæc cultu uerſicolore decens?
Aut quia maturis albeſcit meſſis ariſtis?
Et color & ſpecies floribus omnis ineſt?
Annuit, & motis flores cecidere capillis:
Decidere in menſas ut roſa miſſa ſolet.
Lumina reſtabant, quorum me cauſa latebat,
Cum ſic errores abſtulit illa meos.
Vel quia purpureis collucent floribus agri,
Lumina ſunt noſtros uiſa decere dies:
Vel quia nec flos eſt hebeti, nec flamma colore,
Atque oculos in ſe ſplendor uterque trahit:

* Contemnunt, in quibuſdam.

ANTO. Ex Ariadnæo ſidere, ex corona Ariadnes. Scena leuis, laſciui ludi, laſciua ſpectacula: quia reuera meretrix fuit. Cothurnatas deas, graues. Alludit ad grauiora ſpectacula, quæ exhibebantur, dum tragœdiæ referrentur, quæ cothurnatorum poetarum ſunt. Non eſt de tetricis: hæc dea non eſt è numero tetricarū & grauium, earumque quæ magna profiteantur, ut ſapientiam, uim bellicam, regna: ſed quæ leuia, communia, & plebeia. Vnde Florales ludi à meretricibus celebrantur. B Cur tamen ut dantur ueſtes Cerealibus albæ, Sic eſt hæc cultu uerſicolore decens? Quærit cur in ludis Floralibus uterentur ueſtibus nō albis, ut in Cerealibus, ſed uerſicoloribus, hoc eſt diuerſorum colorum. Maturis albeſcit meſſis ariſtis. Dabantur Cerealibus albæ ueſtes, ut diximus, quia is color & quidem unus eſt ſegeti iam maturæ: Floralibus uerſicolores, quia nullus color eſt qui non inueniatur in floribus.

C Lumina reſtabant, faces, quarum lucem Floralibus adhibebant: uel quòd alliciunt ad ſe oculos, uti ipſi flores: uel quòd his nocte utimur, cuius licentiā ſcimus florali laſciuiæ conuenire: uel quòd ut faces, ita & flores uidentur lucem fundere. Hebeti colore. Hebes color eſt floccidus, & nitore carens.

PAVL. Bacchus amat flores, eo argumento quod poſt epotum uinum corona accipitur. Tu potes noſſe placuiſſe coronam Baccho, quòd Baccho grata fuerit corona. Ex ſidere Ariadnæo, ex corona Ariadnes, de qua diximus in tertio. & alio loco: Potus, amans, reges de flore atque ære coronas Accipiant, detur uina corona mihi. Scena leuis, leue theatrum, ubi leuia & laſciua referuntur. Decet hanc, Floram. Non eſt credite mihi, non eſt illa, Flora. Habenda inter cothurnatas deas: non eſt exiſtimanda nympha ex his quæ Dianam ſequuntur, ut uirgo ſit: nam impudica eſt. & tacitè oſtendit meretricem, ut fuiſſe conſtat. Virgines autem cothurno utebantur. ut apud Vergilium. Virginibus Tyriis mos eſt geſtare pharetram, Purpureoque altè ſuras uincire cothurno. Aut potius illud referas ad res etiā theatrales. Nam ſcena leuis conuenit Floralibus, quæ leuia & laſciua ſunt. Grauibus uerò rebus eſt opus grauiore ſcena, ueluti cum D facta regum referuntur. Ergo inter graues Muſas non eſt habenda meretrix. Ecquid grauius eſſe poteſt tragœdia? ea tamen cothurnata fingitur, quia poetæ tragici cothurnati erant. & in libro de Amoribus ad Corinam ſic inquit: Venit & ingenti uiolenta tragœdia paſſu, Fronte comæ torua palla iacebat humi. Læua manus ſceptrum latè regale mouebat, Lydius alta pedum uincla cothurnus erat. Et in ſecundo Triſtium: Et dedimus tragicis ſcriptum regale cothurnis, Quæque grauis debet uerba cothurnus habet. Cum igitur cothurnus tragicorum E grauia ſcribentium ſit, ita intelligas non eſſe illam habendam inter ſeueriores Muſas, quibus ducibus ſeueriſſima in theatro referuntur. Sed habendam inter meretriculas, ſic leuiſſima et impudica in theatro fiunt. Cur turba meretricia celebret hos ludos? cur in ludis meretrices fungantur officio mimorum? Cauſa nō fuit petita ex difficili, ſed ex facili: nam ſtatim intellexit cauſam. Non eſt de tetricis, grauibus & ſeueris. Non eſt de profeſſis magna, de illis deabus quæ magna profitentur: ut Ceres, quæ præeſt frugibus: Pallas lanificio, & aliis bonis artibus: Themis uaticiniis. non eſt ferè ex harum numero. Vult patere ſua ſacra choro plebeio: G quaſi ſpectari ludos à plebeiis, non à grauibus ſenatorii ordinis uiris. Vnde eſt illud Martialis: Noſſes iocoſæ dulce cum ſacrum Floræ, Feſtosque luſus, & licentiam uulgi, Cur in theatrum Cato ſeuere ueniſti? An ideo tantum ueneras, ut exires? Et monet, Flora. Vti ſpecie ætatis, uel decore & pulchritudine iuuenilis æui. Dum floreat, ipſa ætas: antequam inſtet grauior ætas. Contemnunt ſpinam, cum cecidere roſæ: non habentur in precio ſpinæ, cum roſæ ceciderint, ſed dum roſæ nitent: ſic decor formæ in ætate iuuenili, non in ſenecta. Cur tamen, in Cerealibus ludis, ut in quarto libro diximus, albæ ueſtes adhibentur, ab ariſtarum colore: ſic in Floralibus pictæ & uariæ, ab ipſa florum uarietate. Vt, quamuis. Albæ ueſtes dentur Cerealibus, ludis Cereris. Cur tamen ſic eſt hæc, ludorum tuorum ueſtis. Decens cultu uerſicolore, ornatu diuerſorum colorum. An quia meſſis, ipſæ fruges iam meſſis tempore. Albeſcit ariſtis maturis, cum ad maturitatem uenerint: & de quo ad rationem Cerealium. Et omnis color & omnis ſpecies, decor. Ineſt floribus. & hoc ad rationem ueſtis floralis, quòd omnis color & decor inſit floribus. Annuit, affirmauit quod ego dixeram. Et flores cecidere motis capillis: cum annuens illa caput moueret, excuſſi ſunt è crinibus flores. Vt ſolet roſa miſſa incidere in menſas,

A quemadmodum iniectæ roſæ decidunt in ipſas menſas accumbentibus conuiuis. Lumina reſtabant: & luminum quoque uſus erat in Floralibus. quorū triplex affertur ratio: aut à ſplendore agri floridi, cum radio orientis ſolis collucent flores: aut quia flores, uti & lumina, abſtrabunt in ſe oculos: aut quia Floralis laſciuia exigeret nocturnum tempus, ſic & ipſa per noctem lumina. Reſtabant lumina: ſupererat ratio luminum, quæ nondum erat expoſita. Quorum, luminum. Cauſa latebat me, ignorabam cauſam. Cum ſic illa, Flora. Abſtulit errores meos: nam docuit quod neſciebat Vel quia agri floridi ſcilicet. Collucent ignibus purpureis, purpureo ſole. Lumina ſunt uiſa decere noſtros dies, decora & conuenientia Floralibus ludis. Vel quia nec flos, nec flamma eſt hebeti colore: nec nitentes flores, nec accenſæ faces ſunt coloris obtuſi, ſed puri & nitidi. Atq; uterq; ſplendor, & floris & facis. Trahit in ſe oculos, facit ut oculi ſtatim in eos conuertantur. B

Vel quia delicijs nocturna licentia noſtris
Conuenit: à uero tertia cauſa uenit.
Eſt breue præterea, de quo mihi quærere reſtat,
Si liceat, dixi: dixit & illa, licet.
Cur tibi pro Libycis clauduntur rete leænis,
Imbelles capræ, ſollicitusq; lepus.
Non ſibi reſpondit ſyluas ceſſiſſe, ſed hortos,
Aruaq; pugnaci non adeunda feræ.
Omnia finierat. tenues ſeceſſit in auras,
Manſit odor: poſſes ſcire fuiſſe deam.
Floreat ut toto carmen Naſonis in æuo,
Sparge precor donis pectora noſtra tuis.
Nocte minus quarta promet ſua ſidera Chiron
Semiuir, & flaui corpore mixtus equi.
Pelion Aemoniæ mons eſt obuerſus in auſtros:
Summa uirent pinu, cætera quercus habet.

TO. A' uero tertia cauſa uenit. hæc igitur probanda eſt. Cur tibi pro Libycis clauduntur rete leænis Imbelles capræ, ſollicitusq; lepus. Martialis: Et Flora Lycias laſſat harena feras. Quærit cur non leones, ſed capræ ac lepores in ludis Floralibus agitentur. B cuius rei cauſa eſt, quòd hæc dea non præeſt ſyluis, ubi leones: ſed hortis ac pratis, ubi capræ leporesq; uerſantur. Clauduntur rete. Rete legendum eſt, non Ritè, ut quidam legunt, neſcientes quòd rete ablatiuum pro reti ponitur hoc loco, teſte Priſciano, qui ſcribit ablatiuum tertiæ declinationis per i proferri in neutris, quæ in e correptam deſinūt, & appellatiua ſunt: & uetuſtiſsimos huiuſcemodi nominum ablatiuum etiam in e proferre. ut, Cingitur Oceano Libyco mare flumine Nilo. Fuiſſe deam: uel Floram, ex odore florum: uel quamcunq; deam, quòd diuinum odorem liquerit, qualem ſpirat comæ Veneris apud Vergilium. Nocte minus quarta. Si Cal. C Maijs ſumis initium, quinto nonas: ſi ab exortu Hyadum, quarto nonas dicit Sagittarium * in ortum ferri noctis initio: quod fieri neceſſe eſt occidentibus Geminis paulo poſt ſolis occaſum. eſt autem ſagittarius, teſte Macrob. omnium zodiaci domiciliorum imus atq; poſtremus: ideo ex homine in feram per membra poſteriora degenerans, quòd in poſtremis partibus in ſuis à ſuperis in inferna detruſus uidetur. hunc, autor eſt Columella, tertio nonas huius menſis pluuiā ſignificare, quem poetæ Chironē Centaurum eſſe fabulantur: cui ferunt arma Herculis, quem hoſpitio exceperat, pertractanti ſagittam, hydræ ſanguine illitam, in pedem excidiſſe. Vnde cum is dolore intolerabili laboraret, miſeratione deorum in cœlum translatus, Sagittarij nomen accepit, ubi conſtat ſtellis 15. ut Higinus tradit. dicitur tamē Chiron, autore Plin. curatus centaurea, quam quidam Chironiā uocant.

AVL. Vel quia licentia nocturna, per noctem. Conuenit noſtris delicijs, iocis & laſciuiæ noſtræ. Tertia cauſa, hæc ultima ratio. Venit à uero: quia uerum illud eſt, plura licere per noctē. & ioci impudici decentius per noctem, quàm per diem exercendi: & nox lumina exigit. Præterea breue eſt de quo reſtat mihi quærere: ſupereſt etiam dubiū, de quo inquirendum eſſet. Si liceat, modò quærere. Dixit, & illa licet: potes ſciſcitari quod uelis: nam reſpondebo. Cur capræ imbelles: capræ ſyluestres, quæ nō unguibus, non dentibus, non cornu pugnant. Et D lepus ſolicitus, timidus. Clauduntur rete: & ſic incluſi ferebantur in theatrum, & fiebat uenatio. Pro Libycis leænis: quod animal ferox et pugnax, cur pro hoc imbelle tibi datur pecus. Reſpondit ſibi non ceſsiſſe ſyluas, ſed hortos: ſe ſyluarū non eſſe dominā, ſed hortorum. Et arua nō adeūda feræ pugnaci: agros ceſsiſſe ſibi, quòd leones & urſi & ſimilia animalia non accedunt, ſed capræ, et lepores imbelles. Omnia finierat, et id nihil erat de quo quereretur. Seceſſit in tenues auras: ut dij & umbræ ſolent. nam euanuit E illa ab oculis poetæ. Manſit odor etiā in eius abſceſſu. ut eſt illud Vergil. Ambroſiaq; comæ diuinum uertice odorem Spirauere. Poſſes ſcire fuiſſe deam, ipſo odore nouiſſes diuinitatem. Sparge precor noſtra pectora tuis donis, effundas flores tuos in meo pectore. Vt carmen Naſonis floreat in toto æuo, ut floridum ſemper ſit carmen noſtrū: quaſi, ut aſſequatur immortalitatē. Nocte minus quarta: tertia nocte poſt Cal. Mai. oritur Chiron Centaurus Saturni & Philyræ filius. Qui non modò cæteros Centauros, ſed homines quoq; iuſtitia ſuperaſſe, Aeſculapiumq; & Achillē nutriſſe exiſtimatur. Pietate igitur & diligentia effecit, ut inter deos annumeraretur. apud hunc Hercules cū diuerteret, et ſimul cum Chirone ſedens ſagittas conſideraret, fertur una earū deci- G diſſe ſupra pedem Chironis, & eum interfeciſſe. Alij dicunt Centaurum miratum, q tam breuibus ſagittis, tam magna corpora Centaurorū interfecerit, ipſum contendere arcum conatū, & ſagittam prolapſam in pedem eius incidiſſe. Miſertus Iupiter, eum inter aſtra conſtituit, cum hoſtia quam ſupra aram tenens immolare uidetur. Centaurus ita figuratur, ut antarctico circulo nitī pedibus, humeris hyemalem ſuſtinere uideatur. Caput prope caudam hydræ cōiungens, hoſtiam dextra manu tenens, ſupinamq; pedibus, & extremo ore circulum hyemalem tangit inter eum & antarcticum collocata. Centauri autem crura à reliquo corpore diuidit circulus, qui Lacteus appellatur. Hic ſpectans ad ortum ſignorum totus occidit, Aquario & Piſcibus exortis. Exoritur autem cum Scorpione & Sagittario. habet ſtellas ſupra caput tres obſcuras. In utriſq; humeris ſingulas claras. In cubito ſiniſtro unam, in manu unam, in medio pectore equino unam, in prioribus poplitibus utriſq; ſingulas, inter ſcapulas quatuor, in uentre duas claras, in cauda tres, in lumbo equino unam, in genibus poſterioribus ſingulas, in poplitibus ſingulas. omnino ſunt trigintaquatuor. Hæc ex Higino. Nocte minus quarta: hoc eſt, tertia nocte poſt Calend. Maias, id eſt 5. nonas. Sic & Columella oſtendit quinto nonas oriri. Chiron promet, aperiet.

Sua ſidera, quia ea nocte uidentur omnes eius ſtellæ. Semiuir, Centaurus: nā ex parte homo, ex parte equus: ideo ait, Et mixtus corpore equi flaui: ſuperior pars humana eſt, inferior equina. H Peliō mōs Aemoniæ, Theſſaliæ: de quo diximus in primo.

A Eſt obuerſus in auſtros, in meridiẽ: nam ab orientali parte ſurgens, ad meridionalem Aemathiæ partem protenditur ipſe mõs. de quo Lucanus in ſexto: Cum per ſumma poli Phœbum trahit altior æſtas, Pelion opponit radijs naſcentibus umbras. Aemonia autem ab Aemone dicta eſt: à cuius filio Theſſalo, Theſſalia poſtea uocitata. Summa uirent pinu, in ſummitate ipſius montis ſunt pineta. Cætera quercus habet, in cæteris partibus ſunt querceta. E

ANTO. Phillyrides. A' Philyra, cum qua coeunte Saturno, Ops eius uxor aduenit. cuius præſentiã ueritus deus, ſe in equum conuertit. unde natus eſt Chiron centaurus, quem Vergilius quoq; à matre Philyridẽ dicit. ut, Phillyrides Chiron, Amythaoniusq; Melampus. Iuſtum ſenem: ſecundum † Orpheũ qui Chironem centaurorum dicaiotaton, id eſt iuſtiſſimum uocat. Manus miſſuras Hectora letho: Achillem Chironis diſcipulum qui Hectorem interfecit. Exhauſta parte laborũ: Quo tempore Hercules mandata Euryſthei penè oĩa impleuerat. Troiæ duo fata, Herculem & Achillem. Troiam enim Hercules, cum regnaret Laomedon, depopulatus eſt. Quare Ilienſes poſtea cum Achilli, Patroclo, Antilocho & Aiaci ſacrificarent, Herculem colere noluerunt.

B

† Homerum fortaſſe, apud quem legitur Iliados λ. Ὃν Χείρων ἐδίδαξε δικαιότατος κενταύρων.

Phillyrides tenuit: ſaxo ſtant antra uetuſto,
  Quæ iuſtum memorant incoluiſſe ſenem.
Ille manus olim miſſuras Hectora lecto
  Creditur in lyricis detinuiſſe modis.
Venerat Alcides exhauſta parte laborum,
  Iuſſaq; reſtabant ultima penè uiro.
Stare ſimul caſu Troiæ duo fata uideres:
  Hinc puer Aeacides, hinc Ioue natus erat.
Excipit hoſpitio iuuenem Phillyrius Heros,
  Et cauſam aduentus hic rogat, ille docet.
Reſpicit interea clauam, ſpoliumq; leonis,
  Virq;, ait, his armis, armaq; digna uiro.
Nec ſe, quin horrens auderent tangere ſetis
  Vellus, Achilleæ continuere manus.
Dumq; ſenex tractat ſqualentia tela uenenis,
  Excidit, & læuo fixa ſagitta pede eſt.
Ingemuit Chiron, traxitq; * è corpore ferrum,
  Et gemit Alcides, Emoniusq; puer.
Ipſe tamen lectas Pagaſeis collibus herbas
  Temperat, & uana uulnera mulcet ope.
Virus edax ſuperabat opem, penitusq; recepta
  Oſſibus, & toto cprpore peſtis erat.
Sanguine Centauri Lernææ ſanguis Echidnæ,
  Mixtus, ad auxilium tempora nulla dabat.
Stabat ut ante patrem lacrymis perfuſus Achilles,
  Sic flendus Peleus, ſi moreretur, erat.

* è uulnere

ſis temporibus Troiam exciderunt: Herculem, qui ſub Laomedõte Troiam diruit: & Achillem, qui poſtea Hectorẽ interemit. quo mortuo, ſpoliata urbs præſidio, facilè poſtea capta & euerſa eſt. Hic erat puer Aeacides, Achilles Aeaci nepos. Hinc natus Ioue, Hercules. Heros Philyreius, Chiron natus. Excipit hoſpitio iuuenẽ, ſuſcepit Herculem hoſpitem. F [Philyreius legendum eſt, nõ Phillyrius. nam poſterius hoc exemplo caret. Philyreius autem regulare eſt. à Philyra enim φιλυραῖος, & per diæreſin φιλυρήϊος fit. Sic Apollonius lib. 2. Νῆσον δ' ἐπιπλομένοις Φιλυρηΐδα νῆσον ἄμειβον· Ἔνθα μὲν Οὐρανίδης Φιλύρῃ Κρόνος, εὖτ' ἐν Ὀλύμπῳ Τιτήνων ἤνασσεν, ὁ δὲ Κρηταῖον ὑπ' ἄντρον Ζεὺς ἔτι Κουρήτεσσι μετετρέφετ' Ἰδαίοισι, Ῥείην ἐξαπαφὼν παρελέξατο, &c.

Horrens uellus: pellem leonis, quam Achilles non modò nõ exhorruit, ſed auidè tractauit. Squallentia tela uenenis, ſagittas C ueneno hydræ illitas. Lectas Pagaſæis collibus herbas. Veriſimilis narratio, cum quidam uelint Chironem medicinam herbariam inueniſſe, ut autor eſt Plinius. De Pagaſis quæ in Theſſalia ſunt, diximus ſuprà. Lernææ ſanguis echidnæ, hydræ quam echidnam & excetram etiam dicimus. Eam nonnulli tria uolunt habuiſſe capita, alij nouem, alij quinquaginta.

PAVL. Phillyrides, Chiron: à Philyra nympha, Oceani & Tethyos filia: ex qua Saturnus in equum uerſus, Chironem genuit, à qua Phillyrides nominatus eſt. Tenuit eum, ſcilicet montem. Stant antra ſaxo uetuſto: quaſi, adhuc ſuperſunt antra in rupe ipſius montis. Quæ memorant incoluiſſe iuſtum ſenem, in quibus dicunt Chironem habitaſſe, iuſtitiæ laude inſignem. Ille creditur detinuiſſe in Lyricis modis, lyræ ſeu citharæ ſono. Manus miſſuras Hectora letho, manus Achillis pueri, qui interfecturus poſtea erat Hectorem. Et in Arte: Phillyrides puerum cithara præfecit Achillem, Atq; animos molli concutit arte feros. Quas Hector ſenſurus erat, poſcente magiſtro, Verberibus iuſſas præbuit ille manus. Venerat, ad Chironem. Alcides, Hercules. Exhauſta parte laborum: quaſi, iam magna ex parte abſolutis laboribus. Reſtabant uiro, ſupererant ad- D huc Herculi. Penè, quaſi. Vltima iuſſa, ultima quæ ab Euryſtheo eſſent nutu Iunonis impoſita: uolunt ultimum laborem fuiſſe Cerberũ, quem ab inferis traxit. Tu uideres caſu, forte fortuna. Stare ſimul duo fata Troiæ: duos uiros, qui diuer-

Quòd autem ſuprà dixit Phillyrides gemino ll, poetico anadiplaſiaſmo factum eſt. Sic enim & Pindarus 3. ὠ de Pythiorũ dixit: Ἤθελον Χείρωνά κε Φιλλυρίδαν Εἰ χρεὼν τοῦθ' ἁμετέρας ἀπὸ γλώσσας κοινὸν εὔξασθαι ἔπος, &c.] G Hic, Chiron. Rogat cauſam aduentus, qua cauſa uenerit. Ille, Hercules. Docet, cauſam ſcilicet. Interea reſpicit clauam, qua Hercules monſtra domitabat. Et ſpolium leonis, pellem leonis Nemei ab ipſo Hercule interfecti. Ait, ô uir armis, & arma digna uiro: ô Hercules digne qui hæc arma geras, & digna hæc quæ abs te gerantur. Nec manus Achilleæ, continere non potuit manus. Quin auderet tangere uellus horrens ſetis, pellem illam hirſutam & uilloſam. cum ſoleant pueri ſimilibus expaueſcere, ipſe non expauit. Sic in Argonauticis de eodem Valerius Flaccus: Stupet in ducibus, magnumq; ſonantis Haurit, & Herculeo fert cominus ora leoni. Dumq; ſenex, Chiron. Tractat tela ſqualentia uenenis, ſagittas Herculis infectas ueneno hydræ lernææ. Sagitta excidit, decidit è manibus Chironis. Et eſt fixa læuo pede: decidens ſagitta, infixa eſt ſiniſtro Chironis pedi. Ingemuit Chiron, cum eſſet ſaucius. Traxitq; è corpore ferrum, eruit ſagittam è pede ſaucio. Et gemit Alcides, Hercules. Et puer Aemonius, Theſſalus Achilles. Ipſe tamen, Chiron. Temperat herbas: uolebat ſibijpſi is adhibere medicamentum, quoniam & peritiam habebat artis medicæ, et H plura ad medelam eſſe conſtat ab illo tradita: centauream quoque herbam ab eo denominatam. Nunc uerò ſibi opem allaturus, temperabat herbas. Lectas, quas ipſe collegerat. Montibus

Pagaſeis,

A Pagaſæis, Theſſalicis, à Pagaſis. Pagaſæ in Theſſalia ſunt, Pherarum emporium: quo ex loco, ut Strabo inquit, Pelias Iaſonē, ac nauem Argo foras emiſit. Pagaſas autem ideo dictas eſſe aiunt, quia eo in loco nauem Argo compegerit. Alij uero ſimilius exiſtimant, loco ipſi nomen impoſitum propter uicinos fontes, id eſt πάγας, qui frequenter aquam effundunt. hæc Strabo. Et mulcet, Chiron. Vulnera, lenire & ſedare conatur dolorem uulneris. Vana ope, non profecturo medicamento. Virus edax, uenenum abrodens. Superabat opem, medicinam omnem. Peſtis erat penitus recepta, lethale uenenum interis penetrauerat. Oßibus & toto corpore: nam in omnia membra ſerpſerat ſanguis echidnæ lernææ, hoc eſt uenenum hydræ. E

Mixtus ſanguine Centauri, Chironis. Nulla dabat tempora ad auxilium: adeò uehemens illud uirus erat, ut ſtatim per omne corpus fuſum, nullum relinqueret ad opem afferendam tempus. ἔχιδνα uipera eſt. hic pro hydra ponitur. Lernææ à Lerna palude in ſinu Argolico in Peloponneſo. & fluuius eodē quo palus nomine, ut Strabo ait: in qua tantas de hydra fabulas poetæ tradiderunt. Achilles ſtabat perfuſus lacrymis, ut ante patrem: ita ſtabat ante illum flens, & gemēs puer, ueluti ante parētem. Sic, eodē modo. Erat flendus Peleus, pater à filio. Si moreretur: quaſi dicat, non aliter ille fleuiſſet morientē patrem.

Sæpe manus ægras manibus † fingebat amicis:
  Morum, quos fecit, præmia doctor habet.
Oſcula ſæpe dedit, dixit quoq; ſæpe iacenti:
  Viue, precor, ne me chare relinque pater.
Nona dies aderat, cum tu iuſtiſſime Chiron,
  Bis ſeptem ſtellis corpora cinctus eras.
Hunc Lyra curua ſequi cuperet, ſed idonea nōdum
  Eſt uia: nox aptum tertia tempus erit.
Scorpius in cœlo, cum cras luceſcere nonas
  Dicimus, à media parte * tenendus erit.
Hinc ubi † propulerit formoſa ter Heſperus ora,
  Ter dederint Phœbo ſidera uicta locum:
Ritus erit ueteris nocturna Lemuria ſacri,
  Inferias tacitis manibus illa dabunt.
Annus erat breuior, nec adhuc pia februa norant,
  Nec tu dux menſum Iane biformis eras.
Iam tamen extincto cineri ſua dona ferebant,
  Compoſitiq; nepos buſta piabat aui.
Menſis erat Maius maiorum nomine dictus,
  Qui partem priſci nunc quoq; moris habet.

† Mulcebat

* Videndus al. etiam in Aldinis.
† Protulerit al. et rectius

NTO Morum quos fecit præmia doctor habet: pium diſcipulum experitur, quem optimis moribus inſtituerat. Nona dies aderat: nonus dies agebatur, ex quo uulnus acceperat Chirō.

B Bis ſeptem ſtellis. Alij 15. dicunt. Lyra curua. Hæc, ut ſuprà traditum eſt, cum Sagittario in ortum fertur. Nox tertia. Pridie nonas Maias [Columella tamē & Plinius ad 3. Iduum huius menſis Fidiculam oriri tradit.] Lyram inquit chronicè orituram, uel tertio nonas. Cum cras, &c. Pridie nonas Sole abdito in occaſu media pars Scorpionis uideri poterit ſublata ortu chronico. Conſtat enim id ſignum exoriri occaſu Tauri. [Et Columella, pridie nonas Maij, Nepa medius occidit, inquit.] Nocturna Lemuria celebrātur. Ea ſcri

C bit Porphyrio conſueuiſſe per triduum celebrari ante additum anno menſem Februarium. Quamobrem hoc menſe religio eſt nubere. Idem Lemures uocat uagantes umbras hominum ante diem mortuorum, quos dictos eſſe tradit, quaſi Remures, à Remo. cuius occiſi umbras frater Romulus cum placare uellet, Lemuria inſtituiſſe dicitur. quæ à quibuſdam uocātur etiam Lemuralia, quo tempore fabam iactabant noctu, dicebantq;, teſte Varrone, Lemures à ſe domo extra ianuam elici. Hinc Feſtus fabam inquit nec tangere, nec nominare Diali flamini licet, quòd ea putatur ad mortuos pertinere: nam & Lemuralibus iacitur laruis, & parentalibus ſacrificijs adhibetur. Sanè à laruis laruatos dicimus malè ſanos, ac laruarum incurſione animo uexatos: qui & Ceriti uocantur, teſte Nonio. Soluebantur autem inferiæ mortuis hoc tempore, quemadmodum & Feralibus menſe Februario. Putabant enim umbras iactu fabarum placari, ac domo abigi. Annus erat breuior. Occurrit quæſtioni. Diceret enim quiſpiam non oportere nunc mortuis iuſta perſolui, cū data ſint manibus ſecundo anni menſe, quo Feralia celebrantur: cui reſpondet ſeruari ueterem ritum, quia cum Lemuralia inſtituta ſunt, annus Ianuarium ac Februarium non habebat. Com

D poſiti, ſepulti cineribus in urna collocatis.

AVL. Sæpe fingebat, componebat & tractabat. Manus ægras, inualidas & iam morientes. Manibus, ſuis amicis. Doctor, ipſe Chiron, qui Achillem puerum bonis moribus inſtituit. Habet præmia morū quos fecit: quibus puerū informauit præmia, officioſam illius pietatem. Oſcula ſæpe dedit, oſculabatur iacentem. Dixit quoq; ſæpe iacenti, Chironi recubanti. Viue precor, nec pater care relinque me: uiuas, nec alumnum tuum relinquas. Nona dies aderat, nono die poſt acceptum uulnus. Cum tu Chiron iuſtiſsime, qui mortales iuſtitia ſuperaſti. Eras cinctus corpora, habebas corpus cinctum. Bis ſeptem ſtellis. & Hyginus 14. eſſe inquit. Et tamen ſtellæ quas ille refert per Centauri corpus diſpoſitas, ſunt numero 24: non numeratis ſtellis Victimæ & Aræ. ideo & nos ſuperius 24. eſſe diximus. Sed qua ratione 14. dicant, ipſi uiderint. Hunc Lyra. Tertio non. Maias apparet Lyra, de qua diximus in primo. Nunc heliaco ortu in cœlo uidetur. Lyra curua cuperet ſequi hunc Chironem: quaſi ſtatim poſt eum oriri. Sed nondum eſt uia idonea, nondum patet Lyræ aditus, quia non poteſt ſtatim poſt illum apparere. Tertia nox, ab ortu Chironis. Eſt aptum, congruum Lyræ tempus. Cum igitur 5. non. oriatur Chiron, 3. non. Lyra apparet. Scorpius in cœlo. De Scorpio etiam ſuperius dictum: pridie tamen nonas Maias media eius pars occidit, & media apparet. Et per hæc deſignatur ortus coſmicus tauri, qui illi eſt oppoſitus. Cum dicitur cras luceſcere nonas: pridie nonas, cum dicere poſſumus, Cras eſt dies non. Maiarum. Scorpius erit notandus in cœlo à media parte: quia media pars tantum inſpicietur. Tunc ubi pertulerit. Septimo Idus Maias fiunt Lemuria, non multū à Feralibus ſacris differentia. illa quidem menſe Februario pro mortuis celebrantur: hæc quoq; pro mortuis: ſed ab antiquis menſe Maio, qui à maioribus ita nominatus eſt, auis iuſta ſoluebantur, cum nondum duo menſes eſſent à Numa additi. Nam poſtea inſtituta parentalia Februario menſe, quo fiebant luſtrationes. Seruatus tamen mos eſt, ut menſe hoc Lemuria ad placādos Lemures fierent. De nomine ipſo, & unde originē habuerint, paulo pòſt diſſeremus. Tunc ubi Heſperus. Heſperum pro Lucifero poſuit. Etſi idem eſt, tamen Luciferum manè dicimus: ſed de eo in primo diximus. Poſtquam igitur Lucifer ter pertulerit formoſa ora: erit ortus, aut ab ortu ſurrexerit. Et ter de- H

F G

A derint locum Phœbo, cedent ſoli. *Sidera uicta*, quæ uincuntur à maiore lumine. Sic indicat tertium diem poſt nonas: hoc eſt ſeptimum diem Iduum, & nonum diem menſis. *Erit ritus ueteris ſacri*, à ueteribus inſtituti. *Lemuria nocturna*, ſacra ipſa Lemuria, quæ noctu fiunt. *Illa dabunt inferias tacitis manibus*, ſoluunt iuſta umbris extinctorum. Inferiæ, ſacrificia quæ pro inferis fiunt. *Annus erat breuior*: quando hæc inſtituta ſunt, annus erat decem menſium. *Nec adhuc norãt pia februa*, luſtrationes poſtea Februario menſe inſtitutas. *Nec tu Iane biformis*, Iane biceps. *Eras dux menſum*. pro menſium. non erat adhuc tibi dicatus primus anni menſis: nam nondum additi illi duo menſes, Ianuarius & Februarius. *Tamen ferebant*, offerebant. *Sua dona*, conuenientia munera & libationes. *Cineri extincto*: nam ſoluebant iuſta extinctis. *Nepos piabat*, ſacrificio luſtrabat. *Buſta*, ſepulchra. *Aui compoſiti*, humati. *Menſis erat Maius*, quo fiebant hæ luſtrationes & ſacrificia. *Dictus nomine maiorum*: à maioribus Maius, ut ſuperius oſtendimus. *Qui*, menſis. *Habet nunc quoq; partem priſci moris*: quia nunc etiam ſeruatur ex parte priſcorum illa conſuetudo. B

Nox ubi iam media eſt, * ſomnoq; ſilentia præbet,
Et canis & uariæ conticuiſtis aues.
Ille memor ueteris ritus, timiduſq; deorum
Surgit, habent gemini uincula nulla pedes.
Signaq; dat digitis medio cum pollice iunctis,
Occurrat tacito ne leuis umbra ſibi.
Cumq; manus purè fontana perluit unda,
Vertitur, & nigras accipit ore fabas.
Auerſuſq; iacit: ſed dum iacit, hæc ego mitto,
His, inquit, redimo meq; meoſq; fabis.
Hæc nouies dicit, nec reſpicit, umbra putatur
Colligere, & nullo terga uidente ſequi.
Rurſus aquam tangit, Temeſæaq; concrepat æra,
Et rogat, ut tectis exeat umbra ſuis.
Cum dixit nouies, manes exite paterni,
Reſpicit, & purè ſacra peracta putat.
Dicta ſit unde dies, quæ nominis extet origo,
Me fugit, ex aliquo eſt inuenienda deo.

* Somnoq; ſilentia præbent. quidam somnoq; pluraliter.

ANTO. *Nox ubi iam media eſt*. Noctem intempeſtã dicit, aptum tempus laruis ſiue umbris ſilẽtibus. *Timiduſq; deorum*: nihil omittens quod ritus exigat ſacrificij: quem ritum ideo ueterẽ dicit, quòd à Romulo inſtitutus eſt urbis conditore. *Vincula nulla*: uel ut ſolutus facit rem diuinã. B Vnde illud eſt Silij: Diſcinctis mos thura dare. Et Pes nudus, tõſæq; comæ. Vel, ne perſtrepat, cum umbræ gaudeant ſilentio. *Digitis medio cum pollice iunctis*. quòd ita ritus poſtulat ſacrificij: uel ne umbra ueniat ante iactum fabarum, dum is qui ſacra facturus eſt, manus nondũ patére ad earũ iactum oſtendit. Nam quòd quidem, uti audio, interpoſitum digitis pollicem accipiunt in contemptũ umbrarum, ridiculum eſt. quid enim abſurdius quàm apertè contemnere quẽ placare coneris? *Nigras fabas*: quia nigris Lemuribus ſacra C fiunt. ut, Et nigri Lemures, ouoq; pericula rupto. Aſſumebatur autẽ hoc legumen parentando, ut diximus ſuprà: quia mortuorum animas in fabis eſſe quidam tradiderunt: in quarum floribus, autore Feſto, luctus literæ apparere uidentur. *Auerſuſq; iacit*, poſt tergum. Vnde autor ſubijcit, Vmbra putatur Colligere, & nullo terga uidente ſequi. *Rurſus aquam tangit*: ſpargit ſe aqua, qua & antè ſe ſparſerat. requirunt enim hæc ſacra aſperſionem magis, quàm ablutionẽ, teſte Seruio. *Temeſæaq; concrepat æra*, pulſat & crepare facit æreum inſtrumentum. ſic dictum, ut requieſco te. Temeſæ autem urbs Cypri habuit metalla æris. Item aliud oppidum in Prutijs eiuſdẽ nominis. Sanè crepitus fit ad finem ſacrificij, ut uolens umbra diſcedat: unde ſunt abacta ſilentia. [Strabo, Cypriam, τάμασον uocat. De Italica autem Homerum intellexiſſe uult 1. Odyſſ. ubi ait ἐς Τεμέσην μετὰ χαλκὸν, &c.]

PAVL. *Nox ubi iam media eſt*. Surgit nocte intempeſtat qui umbras placaturus eſt, nudis incedens pedibus: aqua ſe fontana perluit: fabas quas ore uerſauerit, à tergo iacit, dicitq; ſe illis redimere: pulſatq; æra, & orat ut abeant umbræ. quod ſi nouies fecerit, perfeciſſe putat ſacrificium. *Iam ubi nox media eſt*: ea pars noctis quæ intempeſta dicitur, quando non datur tempus rebus D agendis. *Et præbet ſilentia ſomno*, cum omnes quieti & ſilentio ſe dederint. *Et canis & aues conticuiſtis*: quia nec canes latrabãt, nec aues recinebant. & uidetur ſignificare conticiniũ, & id aſſerunt multi: tamen illa hora mediæ noctis non ita appellatur: ſed ut Macrob. et Varro oſtendunt, Conticinium eſt inter gallicinium & diluculũ. *Ille*, nepos qui uult auo libare. *Memor ueteris ritus*, priſcæ cõſuetudinis. *Et timidus deorũ*: qui timet deos inferos, ne per noctẽ occurrãt ſibi. *Surgit*, è ſtrato ſcilicet. F *Gemini pedes nulla habent uincula*: nõ habet ille calceos, aut crepidulas in pedibus. *Et dat ſigna digitis iunctis cũ medio pollice*, ponit pollicẽ in medio quatuor digitorũ. Duos ultimos digitos cogit in manũ, alios duos erectos habet, et illis dat ſigna, quemadmodũ & nos ſolemus. *Ne leuis umbra*, anima extinctorum. *Occurrat ſibi tacito*, per ſilentia nocturna. *Et cũ purè perluit*, cũ abluerit caſtè manus. *Vnda fontana*, aqua fontis, aut aqua uiuentis fluuij. *Vertitur, et accipit fabas nigras ore*: uerſat prius ore: ut in 2. Et ſeptẽ nigras uerſat in ore fabas. licet illud ad ſacrũ magicũ referatur. Fabarũ tamen uſus erat in Feralibus & Lemuralibus. unde Pomp. Fabã, inquit, nec tange- G re, nec nominare Diali flamini licet, quòd ea putatur ad mortuos pertinere. nam & Lemuralibus iacitur laruis, & parentalibus adhibetur ſacrificijs, & in flore eius luctus literæ apparere uidentur. Et Plin. inquit: Quin & priſco ritu fabacia ſuæ religionis dijs in ſacro eſt, præualens pulmentari cibo, & hebetare ſenſus exiſtimata, inſomnia quoq; facere. ob hæc Pythagorica ſententia damnata: uel, ut alij tradidere, quoniã mortuorũ animæ ſunt in ea: qua de cauſa parentando utiq; abſumitur. Varro et ob hæc flamines ea non ueſci tradit, quoniã & in flore eius literæ lugubres reperiantur. Et hoc extremũ à Pythagora quoq; aſſeritur. Primus nempe à fabis, autore Didymo, propter ſomniorũ uaticinium, Amphiaraus abſtinuit. Traduntur etiam et Orphei uerſus, quib. timidos abſtinere manus à fabis, & ab earum uſu, quæ capita pepererunt, iubet, &c. *Auerſuſq; iacit*, proijcit eas à tergo. *Sed dum iacit, inquit, hæc ego mitto*: dum ille proijcit à tergo, illas aut fabas iacio. *Et redimo me, & meos his fabis*: quaſi, ſi quid mali immineret mihi et meis ab ipſis umbris, ſalutẽ noſtrã his ego redemerim. *Hæc dicit nouies*. Quia pro ſalute uiuentiũ dicuntur, utitur impari numero. ideo nouies. in cæteris par numerus datur inferis. *Nec reſpicit*, nõ reflectit à tergo H aciẽ. *Vmbra putatur colligere*, ipſas fabas. *Sequi terga nullo uidente*: ſequi illum qui eas iecerit, nemine umbra inſpiciente, aut ſentiente. *Rurſus aquã tangit*, abluit manus aqua fontana.

Et con-

A Et cõcrepat, pulſat. Aera Temeſæa, à Temeſa urbe Brutiorũ, quã Auſonij condiderũt, & quã homines Strab. ætate Tẽpſam uocitabãt. Erat ibi ærarium, & ærifodinarũ locus oſtendebatur. Et rogat, ut umbra exeat ſuis tectis: precatur ut abeat umbra auita, aut paterna: quoniã illud arbitrabãtur, umbrã uagari circa corpus, & errare interdũ per loca quæ incoluerit. hoc igitur ſacrũ fit ad placandas eas, arcendaſq; domo. Cũ dixit nouies, Manes paterni: ô umbra patris, ſeu umbræ parentũ, tam patrũ quàm auorũ. Exijt, è domo. Reſpicit tum demũ, reflectit oculos. Et putat ſacra purè peracta, ſe caſtè perfeciſſe ſacrificiũ. Dicta ſit, etc. Neſcire uidetur poeta, quare Lemuria dicta ſint. pergit igitur ad inquirẽdã nominis originẽ. Mercuriũ inuocatrà quò cauſa ipſa aperitur. Aucupaturq; eã amore Remi, cui Romul. Maio menſe parẽtandũ inſtituerit. inde Lemuria, quaſi Remuria dicta. Verũ Lemures, unde Lemuria, multi exiſtimãt imagines noxias eſſe, quæ noctu appareant: etiã eſſe ita dictas ſugillatorum umbras. aliqui umbras omnes mortuorum, Lemures E appellant. Non deſunt noſtræ religionis uiri ſanctiſsimi, qui dicant apud ueteres ſicut lares boni habiti ſunt: ita Lemures ſpiritus mali, ad quos arcendos fiebant quæ diximus ſacra. Quidam magnus uerborum interpres Lemures umbras eſſe quaſdam aſſerit, quæ cum corporibus morantur. Vel quaſi à Remo dictas, cuius umbra inſequebatur fratrem ſuum Romulum. Nonius tamen inquit, Lemures eſſe laruas nocturnas, & terrificationes imaginum, & beſtiarum. unde Varro de Vita patrum libro primo, Quibus temporibus in ſacris fabam iactant noctu, ac dicunt ſe Lemures domo extra ianuam ciere. Fugit me, hoc eſt, latet me: id eſt, neſcio. Vnde ſit dicta dies: id eſt, unde dicantur ipſa Lemuria: quæ extet origo nominis, unde nomen ipſum originem ducat, qua ratione ita dicamus. Ex aliquo deo eſt inuenienda: cum nos ipſos lateat, à numine requirendum eſt. Mone, inſtrue tu.

Pleiade nate mone uirga uenerande potenti,
  Sæpe tibi eſt Stygij regia uiſa Iouis.
Venit adoratus Caducifer: accipe cauſam
  Nominis, ex ipſo eſt cognita cauſa deo:
Romulus ut tumulo fraternas condidit umbras,
  Et malè ueloci iuſta ſoluta Remo,
Fauſtulus infœlix, & paſſis Acca capillis,
  Spargebant lacrymis oſſa peruſta ſuis:
Inde domum redeunt ſub prima crepuſcula mœſti,
  Vtq; erat in duro procubuere thoro.
Vmbra cruenta Remi uiſa eſt aſſiſtere lecto,
  Atq; hic exiguo murmure uerba loqui:
En ego dimidium ueſtri, parſq; altera uoti,
  Cernite ſim qualis, qui modò talis eram.
Qui modò ſi uolucres habuiſſem regna iubentes,
  In populo potui maximus eſſe meo.
Nunc elapſa rogi flammis, & inanis imago,
  Hæc eſt ex illo forma relicta Remo.
Heu ubi Mars pater eſt, ſi uos modò uera locuti,
  Vberaq; expoſitis ille ferina dedit.
Quem lupa ſeruauit, manus hunc temeraria ciuis
  Perdidit: ô quanto mitior illa fuit.
Sæue Celer crudelem animam per uulnera reddas,
  Vtq; ego, ſub terris ſanguinolentus eas.

ANTO. Pleiade nate, etc. Conſulit Mercuriũ, ac petit unde Lemuria nomẽ acceperint: quoniam B huic deo cõmerciũ eſt cũ umbris. ut, Tum uirgã capit: hac aĩas ille euocat orco Pallentes, alias ſub triſtia tartara mittit. Horat. in 1. Carmin. Tu pias lætis aĩas reponis Sedibus, uirgaq; leuẽ coerces Aurea turbã, ſuperis deorum Gratus & imis. Accedit ad hoc, quod ipſe eſt interpres: unde & Hermes uocatur. Virga, caduceo: unde Mercur. Caduciferũ uocat. Malè ueloci: aut q̃a nõ euitauit Celerẽ, à quo raſtro fertur occiſus: aut quia ludibrio fratris C nouos muros trãſiliuit. Quãuis fabuloſum putatur, ut diximus, quòd eam ob cauſam à fratre fuerit interẽptus. Acca. De Acca Laurentia, et Fauſtulo, ſuprà dictũ eſt. Dimidiũ uoti, altera pars uoti ueſtri: cum altera ſit Romulus. Si uolucres habuiſſẽ regna iubentes: ſi fuiſſẽ uictor augurio, uti frater Romulus fuit. Inanis imago, umbra tantũ. Ea eſt imago corporis. Vbi Mars pater eſt, qui mihi opem non tulit. Mouet miſericordiam uariè. Quem lupa ſeruauit. Color, quem Cicero Contentionem uocat. Ciuis. Celerem dicit.

AVL. Nate Pleiade. Mercurius, ex Maia una Pleiadũ natus. Venerande uirga potenti, caduceo: quæ uirga eſt ſerpentib. nexa. Potẽti quia cũ ea multa poteſt. ut apud Verg. Tum uirgã capit: hac aĩas ille euocat orco Pallentes, alias ſub tartara triſtia mittit. Dat ſomnos, adimitq;, & lumina morte reſignat. Sæpe eſt ti. ui. re. Io. Sty. ſæpe tu ad inferos in Plutonis regiã deſcendiſti, cũ nuncius ſis utrorũq; deorũ, ſupernorũ & inferorũ. unde Horat. D Superis deorũ gratus et imis. Venit ador. cad. Mercurius cũ caduceo, quẽ ego adoraui, ſtatim affuit. Accipe cauſam, hoc eſt originẽ nominis. & hic locus apertè eos mentiri oſtẽdit, qui dicũt cauſam pro origine poni nõ poſſe. nã poeta dixerat, Quæ nominis extet origo: & nũc hic reſpõdet, Accipe cauſam, hoc eſt originẽ. ſed de his ſatis diſſeruimus in principio quarti. Cauſa nominis, origo huius appellatiõis. Eſt cognita ex ipſo deo, ex ipſo Mercurio. F & eo inſpirate oĩa cognouit. Romulus ut, etc. Remũ extinctũ, ut ſuperiore lib. diximus, frater magnificentiſsimè, ut illis temporibus licebat, humauit in Remoria. Noctu p quietẽ uiſa eſt imago Remi aſtare lecto Fauſtuli, & Laurentiæ nutricis, que riq; de miſerãda ſua morte, et crudelitate Celeris, qui eum interemerat: oG rareq;, ut à Romulo illud precib. impetrarẽt, quo ſuo nomine diẽ ſignaret. Romul. ea cauſa inſtituit diẽ illi feſtũ, appellauitq; Remuria: mutata deinde eſt prima litera, & Lemuria dicta. poſtea ab illo umbræ, Lemures appellatæ ſunt. Vt, poſtquã. Romulus cõdidit tumulo fraternas umbras, humauit fratrẽ Remũ. Et ſunt ſoluta iuſta, celebratæ exequiæ. Remo malè ueloci, qui malè uelociter trãſilijt muros. nã fuit illa infauſta uelocitas, quæ mortẽ illi peperit. Fauſtulus infelix. Sed ut ſuperiore lib. diximus, Fauſtulus fuerat et ipſe interemptus. Et Acca, Laurẽtia nutrix. Capillis ſparſis, fuſis. Spargebant ſuis lacrymis oſſa peruſta: lacrymabãtur ad ſepulchrũ, et Remi oſſa triſti rore rigabãt. Inde mœſti redeunt domũ ſub prima crepuſcula: iam cũ aduesperaſceret, mœſti mortẽ alumni, rediere domũ. Procubuere in duro toro, ut erat: dedere ſeſe quieti, nõ in molli, ſed in duro toro recumbentes. ut durus erat quẽ habebãt torũ, ita in eo procubuerũt. Vmbra Remi cruẽta, cruore reſperſa. Eſt uiſa aſsiſtere, aſtare. Lecto, toro Fauſtuli et Accæ. Atq; loqui hæc H uerba exiguo murmure, & uiſa eſt dicere ea exigua uoce. En cernite, reſpicite. Qualis ego ſim dimidiũ & pars altera uoti ueſtri: quo in ſtatu ſim, q. qualẽ me uobis referã dimidiũ animæ

A ueſtræ, & una pars ueſtri deſiderij, cũ duo eſſemus. Altera pars Romul. altera ego: altera ſoſpes, altera peryt. Qui modò, paulo antè. Eram talis, erã frater regis. & eſt locus cõmiſerationis ab eo quod fuerat, & quod nunc eſt. Qui ſi mo. hab. uoluc. iub. re. ſi habuiſſem auguria fœliciora, quæ mihi regna porten diſſent. Potui eſſe maximus in populo meo: potui eſſe rex in ciuitate quã ego conſtituiſſẽ. Nunc ſum imago lapſa rogi flãmis: ſum nunc umbra, quæ ſe eripere potuit ex igne rogali. Et inanis, uacua: cũ careat corpore, & impalpabilis ſit, imago dixit. Verg. Et nunc magna mei ſub terras ibit imago. Hæc for. eſt re. ex il. Re. Auget cõmiſerationẽ ab eodẽ loco: Hæc imago ſupereſt ex ueſtro alumno. Heu ubi Mars, &c. Mouetur à genere miſericordia: Vbi etiam qui me genuit deus? cur opẽ filio nõ præſtitit? Si uos modò uera loquuti: ſi uerum eſt quod dicebatis, me eſſe Marte genitum. Et ille, Mars. Dedit ubera feE rina expoſitis: pauit nos infantes lacte lupæ, cum eſſemus expoſiti. de quo in ſecundo & tertio diximus: Lacte quis infantes neſcit creuiſſe ferino, Et picũ expoſitis ſæpe tuliſſe cibos? Nos ſeruauit lupa, quæ ubera nobis admouit. Manus temeraria ciuis, Celeris. Perdidit, interemit. et eſt locus indignationis in Celerem, ꝙ fuerit immitior immiti fera. O' quanto mitior fuit illa lupa. & hæc in commendationem illius lupæ manſuetudinis, & exprobrationem immanitatis illius. Sæue Celer reddas animam crudelem per uulnera: luas crudelitatem tuã morte, ut pro uita mea, quam extinxiſti, uitam tuam perſoluas. Et eas tu ſanguinolentus ſub terris, ut ego: occidaris tu quemadmodum me occidiſti, & umbra tua cruenta uagetur ut mea. Frater, Romulus.

ANTO. Pietas æqua. in il. eſt. Scio, inquit, me nõ interemptũ Romuli uolũtate, qui mihi reſpondebat in amore ac pietate fraterna. Prẽſantes manus, prehendere uolentes, nõ B quæ prehenderẽt. Lucemq; Remuria dixit: à Remo Remuria nominauit: ſed poſtea r litera aſperiore in leniorẽ mutata, Lemuria dicta ſunt. Placet nonnullis Lemures eſſe umbras noxias, ac laruas nocturnas, terrificationesq;. Vnde Lemuria nomẽ acceperũt pro ijs auertendis inſtituta. Vt nũc ferali, &c. Claudebantur tẽpla Lemuralibus: quod Feralibus fieri conſueuit. ut, Dij quoq; tẽplorũ forib. celẽtur optis, Thure uaC cẽt aræ, ſtentq; ſine igne foci. Mẽſe ma. Ma. nu. quæ cõtemnũt religionẽ

Noluit hoc frater, pietas æqualis in illo eſt:
Quod potuit, lacrymas manibus ille dedit:
Hunc uos per lacrymas, per ueſtra alimenta rogate,
Vt celebrem noſtro ſignet honore diem.
Mandantẽ amplecti cupiunt, & brachia tendunt:
Lubrica prenſantes effugit umbra manus:
Viſaq; confugiens ſomnos abduxit imago.
Ad regem uoces fratris uterque ferunt:
Romulus obſequitur, lucemq; Remuria dixit
Illam, qua poſitis iuſta feruntur auis.
Aſpera mutata eſt in lenem tempore longo
Littera, quæ toto nomine prima fuit.
Mox etiam Lemures animas dixere ſilentum,
Hic uerbi ſenſus, uis ea uocis erat:
Fana tamen ueteres illis clauſere diebus,
Vt nunc ferali tempora operta uides.
Nec uiduæ tædis eadem, nec uirginis apta
Tempora, quæ nupſit non diuturna fuit.
Hac quoq; de cauſa ſi te prouerbia tangunt,
Menſe malas Maio nubere uulgus ait:
Sed tamen hæc tria ſunt ſub eodem nomine feſta,
Inter ſe nulla continuata die.

ille eſt in me pius, ut ego in illum. id eſt amabat me mutuo amore. Quod potuit, dedit illi lacrymas manibus: & iuſta ſoluit, & lacrymis proF ſequutus eſt. Vos, Fauſtule & Acca. Rogate hunc, Romulũ. Per lacrymas, ueſtras. Per ueſtra alimenta, quibus & illum & me aluiſtis. Vt ſignet diem celebrem noſtro honore, ut inſtituat ſub meo nomine diẽ feſtum. Cupiũt amplecti mandantem: uolunt Fauſtulus & Acca amplecti Remum, qui talia mandabat. Et brachia tendunt, ut eum amplecterentur. Vmbra lubrica, quæ facilè elabitur. Effugit manus prẽſantes, apprehendere eã uolentes. Imago uiſa, G umbræ Remi, quam illi per quietem uiſi ſunt uidere. Confugiens abduxit ſomnos: nam illos excitauit. Vterq;, Fauſtulus & Acca. Ferunt uoces fratris, mandata Remi. Ad regem, Romulum. Romulus obſequitur, geſsit illi morem: nam ſignauit diem honore fratris. Et dixit lucem Remuria, appellauit à nomine fratris diem parentationis Remuria. Sic enim in numero multitudinis dicimus: ut diem feſtum Floræ, Floralia: Robigi, Robigalia: Saturni, Saturnalia: ita Remi, Remuria. Illam diem dixit Remuria, qua feruntur iuſta, qua fiunt parentationes. Auis poſitis, ſepulchro conditis.

Nõ nubebant aũt hoc mẽſe, ut Plutar. docet, uel ꝙ Mai. inter April. & Iun. medius interiectus eſt: quorũ cũ alter Veneri, Iunoni alter dicatus ſit, deabus quæ nuptijs præſunt: aut paulo antè uxores ducebantur, aut partũ expectabatur. Vel ꝙ hoc tempore maximo piaculo utebantur effigies uice hominũ de ponte iacientes. Vel ꝙ maiores, hoc eſt ſenes, à quib. Maius appellatus exiſtimatur, infenſam Venerẽ habent. Vel ꝙ hoc mẽſe pleriq; Latinorum mortuis parentabãt. Sed tamen, &c. Quia dixerat, Lucemq; Remuria dixit, Illã quæ poſitis iuſta feruntur auis: docet Lemuria non unius tantũ diei feſtum eſſe, ſed triũ, ac per triduũ celebrari, ut ſuprà oſtendimus Porphyrionis teſtimonio. Sed attende lector, ne te fugiat quod Ouid. ſentit hoc loco: Tria, inquit, feſta ſunt eiuſdẽ nominis, quia Lemuria per triduũ celebrantur, ſed nullo die continuata ſunt: quia nocte, non die rem diuinam umbris ſiue Lemuribus faciebant. Vnde autor ait ſuprà, Nocturna Lemuria. item, Nox ubi iam media eſt. Triduum ergo cum dicimus, diem accipe quem noſtrorũ temporum aſtronomi natu-D ralem uocant: cum uerò nulla die continuata inquit Lemuriorum feſta, dies accipiendus eſt quem idem artificialem appellãt, cuiusq; nomine non comprehendimus noctem.

Aſpera littera eſt mutata in lenem: R, quæ litera eſt paulo aſperior, eſt mutata in literã, quæ eſt lenior & ſuauior pronunciatu: nam in L. Longo tempore, longitudine temporis. Quæ, litera. Fuit prima toto nomine: prima litera erat R, nũc eſt L. prius igitur Remuria, nũc Lemuria dicimus. Mox etiã, ſubſequẽter. Dixere Lemures aĩas ſilentũ: appellauere poſteri indifferẽter umbras oẽs extinctorũ, Lemures. Hic ſenſus uerbi, hoc ſignificat nomẽ ipſum: nã Lemures, umbræ dicũtur. Vis uocis, proprietas nominis. Erat ea: nam Remi parentationes H ſignificabat. Fana, templa. Illis diebus, Lemuriorum. Tempore Ferali, in Feralibus menſe Februario. De hoc in ſecundo libro diximus. Dij quoque templorum foribus celẽtur opertis, Thure

PAVL. Noluit hoc, ut me interimeres. Pietas æqualis in illo eſt:

A Thure uacent aræ, ſtentq́; ſine igne foci. Nec ea tempora ſunt apta, congrua. Tædis uiduæ, nec eadem apta tædis uirginis: illis diebus neq; uiduam, neq; uirginem bonum eſt nubere. Sic & in parentibus mẽſe Februario. ut in ſecũdo: Cõde tuas Hymenæe faces, & ab ignibus atris Aufer, habent alias mœſta ſepulchra faces. Quæ nupſit, illis diebus. Non fuit diuturna, cum uiro ſcilicet. nam aut repudiata, aut mortua citò. Hac quoq; de cauſa: quia aut repudiatur, aut moritur. Ait uulgus malas, mulieres. Nubere menſe Maio, quæ futuræ non eſſent diuturnæ.

Si prouerbia tangunt te. Quoniam id erat in prouerbio, eo menſe tradi uiris malas: quoniam bonæ non nuberent. Et Plutar. ait in Problem. 86. quare menſe Maio non ducant uxores. et has rationes adducit. An quòd inter Aprilem & Iunium medius interiectus eſt: quorũ cum alter Veneri, Iunoni alter dicatus, deabus ſcilicet, quæ nuptijs præſunt, aut parum antè capiunt, aut parum expectant. An quòd hoc menſe maximo piaculo utũtur, effigies modò de ponte abijcientes, cum prius homines cõſueuiſſent. E Vnde Flaminiam Iunonis ſacerdotem triſtem eſſe eo tempore: quippe eo menſe nullo cultu utatur, moris eſt. An quòd plerique Latinorũ hoc menſe mortuis parentant: & ob eam cauſam Mercurium quoq; eodem menſe uenerãtur, qui Maio cognominis eſt. An ut quidam dicunt, Maius à maioribus natu appellatus eſt, Iunius à iunioribus. Nuptijs uerò accommodatior eſt iunior, ut inquit Euripides. Nam ſenectus à Venere aliena, ipſaq́; Venus ſenibus infenſa eſt. Abſtinent igitur nuptijs, Iunium expectantes, qui Maium deinceps excipit. Sed tamen hæc tria feſta: Lemuria, & continentia à nuptijs, & templa clauſis. Sub eodem tempore, quia ijſdem diebus. Sed continuata inter ſe nullo die. Non ſunt continuata, ut aliud poſt aliud fiat: ſed ut ijſdem diebus ſunt hæc omnia. Nam ut in Februario pluribus diebus fiunt Parentalia, & eſt idem ferè ritus: ita hoc menſe plures ſunt dies, quibus parentatur, & clauſa ſunt templa, & non nubunt.

Quorum ſi medijs Bœoton Oriona quæris,
Falſus eris. ſigni cauſa canenda mihi.
Iuppiter, & lato qui regnat in æquore frater,
Carpebant ſocias, Mercuriuſq́; uias.
Tempus erat, quo uerſa iugo referuntur aratra,
Et pronus ſaturæ lac bibit agnus ouis.
Fortè ſenex Hyreus anguſti cultor agelli,
Hos uidet, exiguam ſtabat ut ante caſam.
Atq; ita: Longa uia eſt, nec tẽpora longa ſuperſunt,
Dixit, & hoſpitibus ianua noſtra patet.
Addidit & uultum uerbis, iterumq́; rogauit,
Parent promiſsis, diſsimulantq́; deos.

ITO. Bœotum. Orion (ut ſcribũt Seruius & Higinus) occidit exortu Scor- B pionis: quo ſurgente hoc tẽpore, unà cum ſole in occaſum fertur. Huius ſigni tãta magnitudo eſt, ut non dubitet Manilius Orionẽ cœli partẽ maximam appellare. ut, Hinc uocat Oriõ magni pars maxima cœli. Hinc auctor Bœotũ uocat: quia Thebæ, apud quas Hyreus Iouem, Neptunum, ac Mercuriũ excepit hoſpitio, in Bœotia ſunt, ubi Orion ex deorũ urina procreatus dicitur, ut eius nomẽ oſtendit. Orion enim Græci urinã, ſiue lotiũ dicunt. Vnde Vrion dictus eſt, qui poſtea facta cõmutatione υ diphthongi in o, ut quidam uolunt, Orionis nomen accepit. Huius effigies, quæ in cœlo eſt, cum Cancro toto corpore pariter in ortum fertur, cuius apud peritos eſt incerta tẽpeſtas, cum multis diebus oriatur. Si fabulas quæris, lege Higinũ. Conſtat ſtellis 17. Fal- C ſus eris. falleris, quærens ſtellas Orionis, quæ uideri nequeunt. Tempus erat. Deſcribit ueſperã, qua aratra uerſa domũ referuntur, & oues paſtæ agnos lactare cõſueuerunt. Senex Hyreus. Hunc ſenẽ Pindarus dixit in inſula Chio, non apud Thebas, deos quos diximus, accepiſſe. Addidit & uultum, quo præ ſe ferebat optimam uoluntatem, quæ ex uultu ſæpe colligitur. Ipſe alibi: Super omnia uultus Acceſſere boni, nec iners pauperq́; uolũtas. Diſsimulãtq́; deos: occultãt diuinitatẽ, ut homines putẽtur.

VL. Quorum ſi medijs, ſi medio ſpacio eorũ: quaſi ſi eodẽ tẽpore. Quæris Oriona Bœoton, à Bœotia: ſi uis uidere ſtellas Orionis.

* Die 11. Orion occidit occaſu heliaco. Fuit autẽ Orion princeps Bœotiæ, auditor Atlãtis aſtrologi: ideo eius appellatio ad ſidera translata eſt *. Falſus, deceptus eris: quoniam uidere non poteris. nã iam occidit. Eſt ergo eodẽ tẽpore, hoc eſt ſeptimo idus Maias, Orionis occaſus. Cauſa ſigni eſt mihi canẽda: canam quis fuerit Orion, & qua cauſa cœlo locatus ſit. Iupiter, &c. Poeta fabulam hanc refert, Iouem, Neptunũ, & Mercurium hoſpitio receptos ab Hyreo: qui cognitis dijs, bouem immolat. Cum ab his ſobolẽ concedi peteret, minxiſſe in coriũ bouis, & iuſsiſſe humari. Decimo menſe natũ puerum. Vriona ab urina appella- D tum, deinde Oriona. Quam fabulã ab Ariſtomacho & Pindaro accepit poeta, quæ etiam ab Higino refertur. Hic Orion (ut illi proſequuntur) è Thebis Chium uenit. Meropẽ Enopionis filiam ſtuprauit, pro qua excæcatus eſt. & eiectus, Lemnon nauigauit, ad Vulcanũ, à quo equo decoratus eſt: & Sol oriens lumina reſtituit. Hiſtrius dicit à Diana F fuiſſe dilectum, adeò ut illi penè nupſerit. Apollo ægrè ferebat, ſororemq́; obiurgabat, & illum aſtutia quadam interemit. Nam cum ille nataret, prouocauit Dianam ad emittendam ſagittam uſq; ad nigrum, quod in mari uidebatur, quod erat Orionis caput: & immiſſa ſagitta peremptus eſt ille. Sed eiectum ad littus corpus Diana ubi cognouit, multis proſequuta lacrymis inter ſidera ſtatuit. Sunt qui dicant, eum quòd uenãdi ſtudio polleret, ſe iactaſſe, Terrã nullũ animal parere poſſe, quod ipſe non interficeret. Terra ſcorpionem peperit, & Orionem peremit. Diana inter ſidera collocauit. Et alias quoq; opiniones refert Higinus: quas qui uolet, accipiat. Orionem autẽ, ut idem aſſerit, à zona & reliquo corpore æquinoctialis circulus diuidit, cũ tauro decertantẽ collocatũ, dextra G manu clauam tenentem, & in arcticum etiam ſpectantem ad occaſum, & occidentem exortu Scorpionis poſteriore parte, & Sagittario exoriente: cum Cancro autem toto corpore pariter exurgentem. Hic habet in capite ſtellas tres claras, in utriſq; humeris ſingulas, in cubito dextro obſcuram unam, in manu ſimiliter unam, in zona tres: in eo quo gladius deformatur, tres obſcuras, in utriſq; genibus ſingulas claras, in pedibus ſingulas obſcuras. Omnino ſunt decem & ſeptem. Iupiter, & frater, Neptunus. Qui regnat in lato æquore, qui habet imperium maris. Et Mercurius, carpebant uias ſocias: quia ſimul per uias, uelut peregre incedebant. Erat tempus, quo aratra uerſa iugo referuntur: erat ueſpertinum tempus, cum ſol occiderat, & uerſa (ut ſolent à bubulcis poſt opus referri in iugis) domum aratra referebantur. Et agnus pronus, inclinans ſe ad ubera.

Bibit lac ſaturæ ouis: cum rediguntur in ouilia oues per diem depaſtæ, & agni lac maternũ hauriunt. Hac duplici periphraſi oſtendit ueſperã: quo tẽpore & coloni ab opere ruſtico, et pecora à paſcuis reuocãtur. Fortè Hyreus ſenex, cultor anguſti agelli, qui rus exiguũ colebat. Videt hos, deos. Vt ſtabat. ſicut fortè tunc illi ſtare cõtigit. Ante exiguã caſam, ante paruũ tugurio- H lum. Atq; ita dixit, ita prior loquutus eſt. Longa eſt uia. quaſi dicat, Quò tenditis? non enim longius ire poteſtis, cum longum iter hinc ad urbes ſit. Nec tẽ. lon. ſup. quia iam ſol occidit.

A Et noſtra ianua patet hoſpitibus: quaſi ego, qui ſoleo ſuſcipere domi, hoſpites habere, & aperta eſt ianua. Addidit & uultum uerbis: nam læta uerba læto quoq; uultu proferebat. Et iterum rogauit, ut ſiſterent curſum, & domum inirent. Parent promiſsis: morem gerunt illi, & grata habent illius pollicita. Et diſsimulant deos, nolunt pro dijs cognoſci. B

ANTO. Comminuitq; faces. Faces à flāmis multum differre, hoc loco manifeſtè apparet. Stant calices. Accipimus hic per calices, uaſa, quibus coquuntur olera, & ſimilia. Alibi ſæpenumero calices pocula ſunt, dicta uel ab eo quod eſt cylix, una litera cōmutata: uel quòd in ijs calidum bibatur, auctore Feſto. Teſta ſua. Inter teſtā & calicem ſpuma interdū effundi ſolet. Cultorem B pauperis agri: immolat bouem, audito Iouis nomine. Diffuderat. Iuuenal. Ipſe capillato diffuſum conſule potat. Vluam. Antiqui ſtramento in lectis utebātur. poſtea

Tecta ſenis ſubeunt nigro deformia fumo,
Ignis in heſterno ſtipite paruus erat.
Ipſe genu nixus flammas excuſsit ab aura:
Et promit quaſſas, comminuitq; faces.
Stant calices: minor inde fabas, olus alter habebat:
Et ſpumat teſta preſſus uterq; ſua.
Dumq; mora eſt, tremula dat uina rubentia dextra:
Accipit æquoreus pocula prima deus.
Quæ ſimul exhauſit: Da, nunc bibat ordine, dixit,
Iuppiter. audito palluit ille Ioue.
Vtq; animus redijt, cultorem pauperis agri
Immolat, & magno torret in igne bouem.
Quæq; puer quondam primis diffuderat annis,
Promit fumoſo condita uina cado.
Nec mora, flumineam lino celantibus uluam,
Sic quoq; non altis incubuere toris.
Nunc dape, nunc poſito menſæ nituere lyæo:
Terra rubens crater, pocula fagus erat.

Var. in Gerūto didaſcalo: Confluit mulierū tota Roma, quæ noctu fieri mitia ſolita, etiā nunc pinea fax indicat, & alio loco adeſt fax inuoluta incendio. Et de uita patrum: Cum à noua nupta ignis in face afferretur, fuco eius ſumptus. Cum fax ex pinu alba eſſet, ut eam puer ingenuus afferret. Lucan. in 2. Quam cum Catilina parauit Arſuras in tecta faces. Stant calices. Calicem pro pocu- E lo plerunq; accipimus. ut ſuperius in tertio, Quid ſi per calices facta Sibylla ſuos. Iuuenalis: Doctus et ad calicem uigilanti ſtertere naſo.

luxu inualeſcente, ſtramentum pauperibus relictum eſt, cum diuites tomento Lucanico uterentur, hoc eſt farcimine culcitrarum ex pilis & lana panno detonſa. Demum euſq; deliciæ proceſſerunt, ut quæramus plumam cygnorū, quæ ſubeſt ſupereminentibus pennis. Terra rubens, &c. Apparet hoc loco, craterem propriè eſſe uas magnū, ex quo uinū funditur in pocula. quamuis poetæ, ut ſolent, multa perſæpe cōfundant. Nam ſi crater poculum eſſet, non unum craterē diceret, qui pocula plurium numero ſubiungit. Magnū autem eſſe craterem ne quis dubitet, audiat Plin. docentē, Semiramidis craterē collegiſſe pondus 15. talentorum, & Aegyptium talentū patere pondo 80. teſte Varr. Audiat præterea Virg. dicentē, Crateres magnos ſtatuunt, & uina coronant. Item. Tum pater Anchiſes magnū cratera corona Induit. C Statius in Theb. Bacchus in altos Crateras paterasq; redit. Iuuenal. Vrnæ cratera capacē. Ouid. in 12. Metam. Antiquus crater, quem uaſtū uaſtior ipſe Suſtulit Aegides. Conſtat præterea, craterem, quem in cœlo Hydra ſuſtinet, ſi ſtellas, quibus formatur, intuearis, ita procerū eſſe, ut iure crater non poculū nominetur. Propriè autem craterem non eſſe poculum, his uerſibus liqueat: Pocula bina nouo ſpumantia lacte quotānis, Crateresq; duos ſtatuam tibi pinguis oliui.

Crater, ἀπὸ τοῦ κεράσαι, dicitur uas, in quo uinū miſcetur.

PAVL. Subeunt tecta ſenis, ingrediuntur caſam Hyrei. Deformia, turpia tecta. Nigro fumo: erant enim undiq; propter fumum nigricantia. Paruus ignis erat in ex. ſti. quem pridie ſuccenderat, cum eo die nondū ſuccendiſſet ignem. Ipſe, Hyreus. Nixus genu: flectens humi genu, et eo ſe firmās. Excuſsit flammas ab aura, quaſi flans flammā exuſcitauit. Alij legunt, Flammas exuſcitat aura. & eodē tendit ſenſus, immo & magis propria eſt locutio. Et promit: oſtendit, ſeu profert. Faces quaſſas, quatiendo ſuccendit. Et cōminuit: condeponit, & non quatit. Tunc imminuentur flāmæ. ut in Amorib. ad Corinnā: Vidi ego iactatas mota face creſcere flāmas, Et uidi nullo concutiente mori. Aut ita intelligas: Promit, profert. Faces quaſſas: ligna D arida cōtuſa, quas pro facib. ſuccendēdis parauit. Et cōminuit: diuidit, ſeu diſcindit in particulas minutas, ut facilius ſuccendantur. ut in Geor. Virg. Ferroq; faces inſpicat acuto. Et illud mota face, ad lignum refertur, ubi lumen, ſeu ignis accenditur. Vnde

Et pro maiore quoq; uaſe accipitur. Cicero Tuſcul. 3. Quid hic calix mulſi impinguandus eſt, ut plorare ſe deſinat. Var. Apothecas tricliniares, melicas, calenas, obbas, & Cumanos calices. Poeta autem hoc in loco poſuit pro uaſis, ubi legumina & olera decoquuntur. Varro tamen de Lingua latina inquit: Calix à caldo, quòd in eo calda plus apponebatur, & caldum eo bibatur. Stant ergo apud ignem calices. Inde, ex ea parte foci. Minor, calix ſcilicet, habebat fabas. Alter habebat olus, olera tunc decoquenda. Et uterq;, calix. Spumat preſſus, tectus. Sua teſta. Tecti enim calices, ſpumam circa ipſas teſtas emittebant, quoniam teſtis tegebātur. Dumq; mora eſt: dum immorantur, uſquequo parentur epulæ. Dat, Hyreus. Vina rubentia dextra tremula, trementi: quoniam ſenex erat, offert uina dijs bibenda. Deus æquoreus, Neptunus. Accipit prima pocula, & prior ipſe bibit. G Quod ſimul, poſtquam. Exhauſit, bibit quicquid erat in poculo. Dixit: Da, nunc ordine Iupiter bibat, ſequere ordinem, & da uina Ioui bibenda: & hac uoce deos eſſe prodidit. Ille, Hyreus. Palluit audito Ioue, audito Iouis nomine. Expauit enim, cum uideret corām, & domi haberet deos hoſpites, Iouem præſertim, deorum omnium maximum. Vtq; animus redijt, quaſi poſtquā in ſeipſum rediuit: quia prius uidebatur attonitus. Nunc cum mens redijt, Immolat cultorē pauperis agri: mactat bouem, quo exiguū colebat agrum. Et torret, decoquit bouem. In magno igne: maiore enim igne opus erat in decoquendo boue, quàm in oleribus. Et promit uina condita cado fumoſo, haurit uina uetuſtiora: ſic & meliora, quæ olim in dolijs condiderat. Cadi, ænea uaſa, quibus uina conduntur. Lucil. Millia ducentū frumenti tolles, uini medimnū mille cadū. Virg. Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Aceſtes. Varro in Vita patrum: Hortenſio ſupra decē millia cadum hæredi reliquit. Horat. Et cadum Marſi memorem duelli.

Quæ, uina. Puer, quondā Hyreus. Diffuderat, in diuerſos cados fuderat. Primis annis, ab ipſa pueritia. Nec mora, procubuere, accubuere. Nō altis toris: in toris enim diſcūbebant. H ut in Heroid. Et premitis pictos corpora Graia toros. Aut intelligas recūbere in toris, et habere ante ſe mēſas epulis paratas. Celātibus, tegētibus. Lino, lineis linteis. Fluminea, uel. fluuialē aut pa-

A aut paluſtrem herbam. Ex hac ergo ſtrati erant tori, & linteis poſtea tecti. Menſæ, quæ erant ante eos paratæ. Nituere nunc dape, iam allatis dapibus. & à ſplendidis dapibus nituere, dixit. Nūc poſito lyæo, mero illo ueteri. Crater, quo bibebāt.

Erat terra rubens, erat crater fictilis ex creta rubra. Pocula fagus erat. Hoc dicit: Vinū afferebatur in uaſe ligneo, potabatur in cratere creteo. Confundit hæc poeta, ut pocula non pro crateribus ponat, cum illa à potatione dicātur, ut oſtēdit Varro. E

Verba fuere Iouis: Si quid fert impetus, ora,
Omne feres. placidi uerba fuere ſenis.
*Chara fuit coniunx, chara mihi *prima iuuenta
Cognita. nunc ubi ſit quæritis? urna tegit.
Huic ego iuratus uobis in uerba uocatis,
Coniugio, dixi, ſola fruere meo.
Et dixi, & ſeruo. ſed enim diuerſa uoluntas
Eſt mihi: nec coniunx, ſed pater eſſe uolo.
Annuerant omnes, omnes ad terga iuuenci
Conſtiterant, pudor eſt ulteriora loqui.
Tunc ſuperiniecta texere madentia terra.
Iamq́ decem menſes, & puer ortus erat.
Hunc Hyreus, quia ſic genitus, uocat Oriona:
Perdidit antiquum littera prima ſonum.
Creuerat immenſum, comitem ſibi Delia ſumpſit:
Ille deæ cuſtos, ille ſatelles erat.
Verba mouent iras non circunſpecta deorum.
Quam nequeam, dixit, uincere, nulla fera eſt.
Scorpion immiſit tellus: fuit impetus illi,
Curua gemelliparæ ſpicula ferre deæ.
Obſtitit Orion: Latona nitentibus aſtris
Addidit, & meriti præmia, dixit, habe.
Sed quid & Orion, & cætera ſidera mundo
Cedere feſtinant? noxq́ coarctat iter?

Quicquid fert impetus, opta. Peritè humanā cupiditatē impetum uocat, quæ (ut ait Cic.) auidè ſemper aliquid expetens, non multum differt ab amētia. unde illud eſt Iuuenal. Nos animorum Impulſu, & magna cæcaq́; cupidine ducti, Coniugium petimus, partumq́; uxoris. Et dixi, & ſeruo: quia poſt uxoris interitum nullam unquā mulierem cognoui. Diuer B ſa uoluntas eſt mihi: cupio repugnantia, caſtitatem uidelicet, et liberos. Pudor eſt: pudet referre, minxiſſe deos in corium bouis. Nota eſt fabula. Madentia, terga iuuenci lotio madida. Littera prima. Vult u literam in o cōuerſam fuiſſe, & ab urina Vrionē dictum, & poſtea Orionem. quamuis quidā aliter cenſeant. Creuit in immēſum. Virg. Quam magnus Orion, Cum pedes incedit, medij per maxima Nerei Stagna uiam ſcindens. Hunc quidam uolunt fuiſſe Neptuni filium, cui datum eſt ſuper fluctus & ariſtas currere. Comitem ſibi Delia ſumpſit. Cum hac dea Orion factus uenator, dum uellet concumbere, eius ſagittis occiſus eſt. Alij dicunt eum immiſſo ſcorpione periſſe, & deorum miſeratione in cœlum eſſe translatum. C Spicula ferre, auferre. uoluit, inquit, ſcorpius Dianæ auferre ſpicula. Cætera ſidera, &c. Adulatur Auguſto, fingens cedere noctem dici, ut celebretur feſtum Martis Vltoris. Sed reuera noctes hoc tempore contractiores fiunt. Notandum autē, quòd cum Lemuria 7. idus menſis incipiant celebrari, eadēq́; triduū amplectātur, cōſequens eſt, ut 4. idus feſtū Martis Vltoris celebretur. Verba fuere Iouis, hæc Iupiter locutus eſt. Ora, orando à nobis poſces. Si quid fert impetus, ſi quid cupis. De impetu ſuperius diximus. Verba ſenis placidi fuere, hæc reſpondit benignus ſenex Hyreus. Fuit mihi chara cōiunx, habui ego charam coniugem. Cura mihi primæ iuuentæ, amor mihi in ætate iuuenili. Nam cura pro amore interdum. Virg. Graui iamdudum ſaucia cura: hoc eſt amore. In multis codicibus eſt, Prima mihi chara iuuenta. tunc ſic intelligas: Chara quidem mihi, & cognita à principio iuuenilis ætatis. Nunc quæritis ubi ſit, quaſi ſi id quæritis. Tegit urna, extincta & condita eſt in urna. Ego iuratus dixi huic, iureiurando id promiſi. Vocatis uobis in uerba, cum iuramento uos in teſtes uocaſſem. Tu ſola fruere coniugio meo, tu unica eris mihi coniunx. Et dixi hæc, & D ſeruo, quod promiſi. Sed enim mihi eſt uoluntas diuerſa, ſibi ipſi repugnans. Nec uolo eſſe coniunx, nolo eſſe uir alterius uxoris. Sed uolo eſſe pater: nolo coniugem, & filium uolo. Annuerant omnes: nutu promiſere ſe facturos quod ille uolebat,

ut & pater eſſet, & non coniunx. Omnes conſtiterant, ſimul ſteterāt. Ad terga iuuenci, ad corium bouis. Pudor eſt ulteriora loqui. Non uult exprimere quid fecerint: minxerūt tamen in eo corio. Tunc texere madētia, terga ſcilicet: hoc eſt, corium madidum urina. Terra iniecta: nam humauerūt utrem cum urina. Iamq́; decē menſes, præterierant. Et erat ortus puer: decimo enim menſe natus eſt, uelut ex humano partu. F Tunc Hyreus, ſenex. Quia ſic genitus, eo modo natus. Vocat Vriona, ab urina. Litera prima, quæ erat u. Perdidit antiquum ſonum: nam mutata in o, & dictus eſt Orion. Sed Strabo ait, quia in Oræo oppido Eubœæ educatus eſt, appellatū Oriona. Hoc pacto natus dicitur Orion. Sed Heſiodus Neptuni filiū dicit ex Euryale Minois filia: conceſſumq́; illi, ut ſupra fluctus curreret, & ſupra ariſtas. Creuerat immenſum: quia iam magnus erat, & re & nomine. Delia, Diana. Sumpſit eum ſibi comitem, immo & plus quàm comitem: nam diligebat mirum in modum, & nubere uolebat illi. Ille, Orion. Erat cuſtos deæ, G ille erat ſatelles: erat comes, miniſter, & cuſtos illius. Verba non circunſcripta: non ponderata & examinata antequā proferantur, ſed temerè prolata. Mouent iras deorū: nam indignantur dij, cum homines aliquid cum inſolētia dicunt. Dixit, Orion. Nulla fera eſt, quam nequeam uincere. Hoc enim protulit: Non poteſt tellus ferā ullam gignere, quam ego non uincā. Tellus immiſit ſcorpion: peperit Terra ſcorpionem, & in Orionem miſit. Fuit illi, ſcorpioni. Impetus, cupido. Ferre, pro auferre. Spicula curua, ſagittas hamatas. Deæ gemelliparæ: Dianæ, quæ uno eodem partu cum Phœbo nata eſt. Orion obſtitit ſcorpioni, & tamē ab eo interemptus eſt. Latona, Diana Latonæ filia. Sicut & Dionē pro Venere dici, ſuperius oſtendimus, nomē matris pro nomine filiæ. Addidit aſtris nitētibus: cœlo locauit, & ſideribus intulit. Et dixit, Habe pr. m. quia de me benemeritus es, habeas cœlū in mercedē laborū tuorū, & uirtutis tuæ. Sed quid & Orion. Poſt occaſum Orionis, & Vrialem, feſtū Martis Vltoris: quod poeta uidetur ſtatim ſubdere occaſui Orionis. Verū nō celebratur 6. cal. Mai. ſed 4. eo enim die ſignatū eſt id feſtū et in antiquis marmorib. et in uetuſtiſſ. codicibus, quo quidē die Cæſ. Octauius cōſecrauit in foro à ſe extructo H ædē Martis Vltoris: quā, ut Suet. inquit, pro ultione paterna bello Philippenſi uouerat. Ipſe enim Cæſar & Antonius apud Philippos uario euentu contra Brutum & Caſſium pugnauerunt, ita ut

*prima mihi chara iuuenta

A *ita ut utriuſq; dextra cornua uicerint, & caſtra quoq; utrinq; ab his qui uicerant, expugnarentur. Sed inæqualem fortunam par tium mors quidem Caßij fecit, qui cum in eo cornu fuiſſet, quod pulſum erat, totum exercitum fuſum ratus, mortem ſibi cõſciuit. Altero deinde prælio uictus M. Brutus, & ipſe uitam finiuit, ex orato Stratone fugæ comite, ut ſibi gladium adyceret. Sed plura*

*de his leges apud Plutarchum in Bruto & Ant. & apud Appia num, qui hiſtoriam omnem refert. Poeta pluribus uerſibus extol lit & feſtum, & ædem ipſam, & Auguſtum. Sed quid & Orion, & cætera ſidera, cur ſidera omnia. Feſtinant, properant. Cedere mundo, cœlo: ut diem reddant. Et nox coarctat iter: contrahit ſpacium, & ſe præcipitem agit, ut diei cedat. claro. Iubar, ſolis ſplendorem. Citius ſolito: quaſi cur ita accelerat dies. Præueniente lucifero: ſtella Veneris, quæ prænũciat diem. Fallor? decipior'ne? An ſonant arma? propter feſtum Martis, & ludos qui illi exhibẽtur. Non fallimur, ſonabant arma, adueniẽte armorũ præſide. Venit Mars, ad feſtum & lu* F *dos ſuos. Et ueniens dedit bellica ſigna: nam arma inſonuerũt. Ipſe ultor, ſub cognomine et titulo ultoris. Deſcendit à cœlo ad ſuos honores, ad ſacrificia quæ ſibi fiunt. Et ad tẽpla, ſuo nomini cõſecrata. Conſpicienda, admiranda. In foro Auguſti, quod Auguſtus ipſe extruxit prope uiam ſacram. Et in 3. Triſt. cum de eodẽ loquatur: Paruit, & ducens, Hæc ſunt fora Cæſaris, inquit, Hæc eſt à ſacris quæ uia nomẽ habet. Et cum multa opera Auguſtus publica extruxiſſet, præcipua fuere forũ cum æde Martis Vltoris, templum Apollinis in Palatio, & ædes Iouis Tonãtis. Sed fori extruendi, ut Tranquil. meminit, cauſa fuit hominum & iudiciorum multitudo: quæ uidebatur non ſufficientibus duobus, etiam tertio indigere. Itaq; feſtinantius, necdum perfecta Martis æde,* G *publicatum eſt, cautumq;, ut ſeparatim in eo publica iudicia, & ſortitiones iudiciũ fierent. Et deus eſt ingens, & magnus deus eſt ipſe Mars. Et opus, eſt etiam ingens. Nam magnum illi templum erectum, magnumq; erat illud forum. Non aliter, quàm in maximo ædificio. Debebat Mars habitare in urbe ſui nati: in urbe Roma, quam Romulus Martis filius condidit. Hæc delubra, templa. Sunt digna trophæis giganteis, ſpolijs gigantum: quaſi Iouis & cæterorum deorum uictoria de gigantibus parta, ubi illorum ſpolia eſſent affixa. Et Lucan. Babylon ſpolianda trophæis Auſonijs. Sed trophæum à τρεπῶ, quod eſt conuerſio, dictum. Nam qui hoſtes in fugã uertiſſet, trophæum erigebat, cum hoſtilibus ſpolijs. Sed de hoc aliâs. Decet Gradiuum, quaſi decorum eſt Marti. Mouere fera bella hinc: ex hoc templo educere exercitũ in aciem, ad inferenda hoſtib. bella. aut dicas dicere ex eo templo auſpicari bellum. Seu quis impius, ſceleratus. Laceſſet, prouocabit nos. Ab orbe Eoo, ab oriente. Seu quis erit domandus ab ſole occiduo, ab occidente. Siue domandi ſunt hoſtes, qui nos ab oriente prouocarint: ſeu qui ſunt in occidente, quòd à fide Rom. deſciuerint, ex hoc templo auſpicanda ſunt bella. Armipotens, Mars. Proſpicit faſtigia ſummi operis, ſummitatẽ excelſi templi. Et probat deos* H *inuictos tenere ſumma: illud laudat, magna et inuicta numina habere ſumma templa, & in illis coli. Proſpicit in foribus, ipſius templi.*

Quid ſolito citius liquido iubar æquore tollit
Candida lucifero præueniente dies?
Fallor? an arma ſonãt? non fallimur, arma ſonabãt.
Mars uenit, & ueniens bellica ſigna dedit.
Vltor ad ipſe ſuos cœlo deſcendit honores,
Templaq; in Auguſto conſpicienda foro.
* Eſt deus, eſt ingens & opus: debebat in urbe
Non aliter nati Mars habitare ſui.
Digna giganteis hæc ſunt delubra trophæis,
Hinc fera Gradiuum bella mouere decet.
Seu quis ab Eoo nos impius orbe laceſſet,
Seu quis ab occiduo ſole domandus erit.
* Proſpicit armipotens operis faſtigia ſummi,
Et probat inuictos ſumma tenere deos.
† Proſpicit in foribus diuerſæ tela figuræ,
Armaq; terrarum milite uicta ſuo.
Hinc uidet Aenean oneratum pondere charo,
Et tot Iuleæ nobilitatis auos.
Hinc uidet Iliaden humeris ducis arma ferentem,
Claraq; diſpoſitis acta ſubeſſe uiris.

*Et · *Perſpicit · †Perſpicit

ANTO. *Vltor. E plurimis operibus quæ ſtruxit Auguſtus, præcipua fuerũt (teſte Suetonio) forum Auguſti, et ædes Martis Vltoris: quem Ouidius alibi & magnum, & ultorem uocat. ut, Venerit in magni templũ tua numina Martis, Stat Venus ultori iuncta uiro ante fores. Magnũ quidem dictum exiſtimamus ob* B *ædificij magnitudinem. ut, Digna giganteis ſunt hæc delubra trophæis. Vltorem uerò (ut idem Sueton. ſcribit) ideo dictum cõſtat, quòd Auguſtus eam ædem uouerat bello Philippenſi, aduerſus Brutũ Caßiumq; ſuſcepto, ad ulciſcendam mortem Cæſaris patris. Ita ſanxit, ut in ea de bellis triumphisq; conſuleretur ſenatus, & prouinci.is petituri cũ imperio inde deducerentur: quiq; uictores rediſſent, in eam inſignia triumphorum inferrent. ubi quorundã barbarorũ principes ab Auguſto iurare coacti ſunt, manſuros ſe in fide, ac pace quam peterent. Fuerunt in hoc tẽplo ſcyphi è ferro dicati, ut autor eſt Plin. Item alia ſpectatu digna, adeò ut non immeritò inter præcipua & ornatiſsima diui Auguſti opera nominetur: ſicut & eiuſdẽ magnificẽtiſsimum,* C *quod huic ædi proximũ fuit. de qua Iuuenal. Pallidulus mi Brutidius meus ad Martis fuit obuius arã. Eius fori extruendi cauſa fuit hominũ & iudiciorũ multitudo, quæ uidebatur, nõ ſufficientibus duobus (ut ait Sueton.) etiã tertio indigere. Itaq; feſtinãtius publicatũ eſt, necdũ perfecta Martis æde. Gigãteis trophæis. Senſus eſt: Tãta eſt huius tẽpli magnitudo, ut non ſolùm dignum uideatur inſignibus triumphorũ, quæ à uictoribus eò inferuntur ex Auguſti Cæſaris inſtituto: ſed gigantum trophæis ac ſpolijs, quæ dij uictores potuerunt è gigantibus reportare. Trophæum propriè quid ſit, nemo ignorat. Diuerſæ tela figuræ: quia erãt ibi diuerſarũ gentiũ ſpolia, ac uaria telorũ genera. Aeneã: effigiem Aeneæ gerẽtis Anchiſem, quem è flãmis Troiæ ardẽtis eripuit. Iliadẽ humeris ducis arma ferentem, Romulum, à matre Ilia: qui Acronem Ceninenſium ducẽ ſingulari prælio uicit, & ſpolia Ioui Feretrio cõſecrauit: quæ opima dicta ſunt, uel ab opibus, ut Varroni placet, teſte Plutarcho: uel ab opere rei geſtæ. Eſt enim opus egregiũ et clariſsimũ, belli ducem parẽ ſibi ducem ſuperare. Feſtus Opem inquit eſſe Saturni coniugem, hoc eſt Terram, quæ omnes opes humano generi tribuit. Vnde & opulẽtos dicimus, ut idem inquit, rebus terreſtribus copioſos: & hoſtias o-* D *pimas, præcipuè pingues. Item opima, magnifica & ampla ſpolia. De Feretrio Ioue diximus ſuprà. Lege Liuium.*

PAVL. *Quid dies candida, ſerena. Tollit, attollit. Liquido æquore, ab Oceano oriẽtis: uel à mari non turbido, ſed uitreorum*

A templi. Tela diuerſæ figuræ: nam ut erãt diuerſæ forma, cultu, lingua gentes deuictæ: ita & diuerſa arma ab illis relata, et illius templi poſtibus affixa. Et proſpicit arma terrarum uicta ſuo milite, arma diuerſarum gentium quæ à Rom. milite uicta fuerant Hinc, poſtea. Videt Aeneam, Aeneæ effigiẽ. Oneratum caro pondere, ferentem humeris patrem. Et tot auos nobilitatis Iuleæ: uidet etiam in pictura tot claros uiros de domo Iulea, Iulij pronepotes. Hinc uidet Iliaden: Romulum ex Ilia natum. Ferentem humeris arma ducis: arma Acronis ducis Ceninenſium, quem Romulus obtruncauerat, & ſpoliauerat, Eaq; ſuſpẽſa, fabricato ad id aptè ferculo, ut Liuius inquit, gerens in Capitolium aſcendit. Ibiq; cum ea ad quercum paſtoribus ſacram depoſuiſſet, ſimul cum dono deſignauit templo Iouis fines, cognomenq; addidit deo: Iupiter feretri, inquit, hæc tibi uictor Romulus, rex regia arma fero: templumq; his regionibus, quas modò animo metatus ſum, dedico, ſedem opimis ſpolijs, quæ regibus ducibusq; hoſtium cæſis, me autorem ſequentes, poſteri ferent, &c. Erat ergo Romulus ea arma referens in pictura. Et uidet clara acta, fortia & illuſtria facta. Subeſſe uiris diſpoſitis, in ordine poſitis. Erant enim in eo templo effigies clariſſimorum conſulum & uirorum fortium, cum inſcriptione rerum quas fœliciſſimè geſſiſſent. B

Lecto Cæſare maius opus: cui inſcriptum nomen Auguſti Cæſaris, tribuit maieſtatem. Hic & eius filij, nec non & familiares, itẽ uxor, & ſoror, adeò, ut Strabo meminit, ornandæ urbi animum adiecerunt, ut ea in re ſuperiorũ penè omnium Romanorũ ſtudia ſuperarint. A' tantis princeps, &c. A' pietate, à rebus magnificè geſtis in ultionem patris principatum ſuum Auguſtus debuit auſpicari. Suetonius: Omnium bellorum initium et cauſam hinc aſſumpſit, nihil conuenientius ducẽs, quàm necem auunculi uindicari. Nomen utrumq; patris & ſacerdotis. Ipſe alibi: Cæſiq; parentis Nos in bella ſuos fortiſſimus ultor habebit. Item: Facinusq; 

Spectat & Auguſto prætextum nomine templum,
Et † uiſum eſt lecto Cæſare maius opus.
Vouerat hoc iuuenis tunc, cum pia ſuſtulit arma:
A' tantis princeps incipiendus erat.
Ille manus tendens * aſtanti milite iſto,
In coniuratos talia dicta dedit:
Si mihi † pellendi pater eſt, Veſtæq; ſacerdos
Autor, & ulciſci nomen utrumq; paro.
Mars ades, & ſatia ſcelerato ſanguine ferrum,
Stetq; fauor cauſa pro meliore tuus.
Templa feres, & me uictore uocaberis Vltor,
Vouerat, & fuſo lætus ab hoſte redit.
Nec ſatis eſt † meminiſſe ſui cognomina Martis:
Perſequitur Parthi ſigna retenta manu.
Gens fuit & campis, & equis; & tuta ſagittis,
Et circumfuſis inuia fluminibus.
Addiderant animos Craſſorum funera genti,
Cum perijt miles, ſignaq;, duxq; ſimul:
Signa decus belli Parthus Romana tenebat,
Romanæq; aquilæ ſignifer hoſtis erat.
Isq; pudor manſiſſet adhuc, niſi fortibus armis
Cæſaris Auſoniæ protegerentur opes.

nomine Cæſaris. Eſt uiſum maius opus, quàm fuerit cæterorũ omniũ. Vouerat hæc iuuenis. Octauius princeps cum iuuenis eſſet, hoc templũ bello Philippenſi uouit. Tunc cum ſuſtulit arma pia. & ob id pia: nam pro ultione paterna. Erat incipiendus princeps à tantis: quaſi, ab his maximis rebus auſpicari debebat principatum. Ille, Cæſar Octauius. Tendens manus inſtanti milite iuſto: cum inſtaret ſecum militia, quæ iuſta arma gerebat pro ulciſcenda morte Cæſaris. Dedit talia dicta in coniuratos, contra Brutum & Caſſium, et complices. Si modò pater Cæſar, qui in filium me adoptauit. Et Veſtæ ſacerdos: nam pontifex max. ſic & ſacer-

† Et uiſum al. abſq; uerbo Eſt.
* Inſtanti
† bellandi
† meruiſſe ſemel

C repellite, ne'ue Cæde ſacerdotis flãmis extinguite Veſtæ. Fuit Iulius Cæſar, ut dictum eſt, pontifex max. Vnde Veſtæ ſacerdos dicitur. Victo lætus ab hoſte redit. Breuis & artificioſa narratio. Vbi enim exitus rei ſatis oſtendit priora, debemus, ut Quintil. docet, hoc eſſe contenti, quo reliqua intelliguntur. Nec ſatis eſt. Vult martem Biſultorem cognominatum eſſe, quia Parthi Auguſto ceſſerunt Armeniam uendicanti, reddideruntq; ſigna militaria, quæ M. Craſſo & M. Anton. ademerant. qua in re Cæſar plus fecit, ut inquit Iuſtinus. magnitudine nominis ſui, quàm armis alius imperator facere potuiſſet. De Parthorũ moribus lege Iuſtinum eundem. Signa retenta: uexilla quæ ſublata ſunt à Parthis ante ciuile bellum Cæſaris & Pompeij, in quo Parthi Pompeianarum partium fuere, propter Craſſi necẽ, cuius filium in partibus Cæſaris eſſe audierant, quem ultorẽ patris uictore Cæſare futurum non dubitabant. Mors Craſſi patris in colloquium uocati, & comprehenſi, nec non & filij eius, nota eſt. Sed ſublata ſunt & iterum ſigna Romana, exercitu Antonij ſuperato. Campis, ubi equites multum nocere conſueuerunt. Vnde periti imperatores, cum parum equitatu poſſunt, ad montes ſe conferunt. Inuia fluminibus: quia Parthos Euphrates, D et alia flumina, circumfuſa tuentur aduerſus impetum hoſtium. Miles, exercitus Craſſi.

Spectat & templum prætectum Auguſto nomine, inſcriptũ & ſignatum ſub titulo Cæſaris Auguſti. Et lecto Cæſare,

dos Veſtæ. Eſt autor mihi bellandi: eſt cauſa, ut hæc ego bella geram. Et paro ulciſci utrũq; nomen, & patris, & pontificis. quaſi dicat, ſi propter hanc cauſam iuſta bella gero. Ades Mars, & faueas mihi. Et ſanguine, ferrum, arma noſtra. Sanguine ſcelerato, ſceleratorũ parricidarũ. Et fauor tuus ſit pro cauſa meliore, ſit pro nobis qui iuſtiora arma gerimus. Feres templa, uoueo ego tibi templum. Et me uictore, ſi ego ero uictor. Vocaberis Vltor: nam ſtatuam tibi templum ſub titulo Martis Vltoris. Vouerat, hoc fuerat eius uotũ. Et redit lætus: nam uictor. Ab hoſte fuſo, quẽ in Philippis fudit. Nec ſatis eſt Martẽ meruiſſe ſemel cognomina: non fuit id ſatis Octauio Cæſari, Martem ob præſtitum illi fauorẽ ſemel Vltorẽ eſſe cognominatum. Sed rurſus eo cognomine appellauit, cum uoluit ulciſci cladem illa à Parthis illatam. Proſequitur ſigna retẽta manu Parthi, ſigna Romana Craſſiana clade à Parthis ſublata. Parthi aũt, ut Trogus meminit, Scythæ fuere. & Scythica lingua nomen hoc exules ſonat. populi quidẽ ſunt Perſis finitimi, ut Strab. placet. Plin. uerò inquit: Ipſa Perſis iampridem in Parthorũ translata nomen. Et alio loco: Perſarũ regna, quæ nunc Parthorũ ſunt. Et Marcellinus Parthiã Perſidos regionem dicit. Plin. regna Parthorũ duodeuiginti eſſe refert. Hos aũt qui H primus Romanorũ adoriretur, ac propulſaret, L. Sylla refertur. Poſt quem in eoſdem L. Lucullus ſe accinxerat. Interrupit conſilium. Pompeius ad bellum Mitridaticum miſſus. Victoq;

A Mithridate, et in Aſia prouincijs multis in poteſtatē Romani imperij redactis, cum iiſdem fœdus fecit. Poſtea M. Craſſus bellum Parthis illaturus, Euphratē fluuium tranſiuit, uictusq́; prælio: in quo & filius eius cecidit, cum reliquias exercitus in collē receptiſſet. Euocatus in colloquium ab hoſtibus, ut de pace acturus, quorum dux erat Surenas, comprehenſus: & ne quid uiuus pateretur, repugnans interēptus eſt, & ita perijt. Tunc igitur Parthi Romana abſtulere ſigna, & iterum deuictis Antonij copijs. Sed poſtea imperante Cæſ. Auguſto, mortuo in Syria Claudio eius nepote, Parthi ſigna militaria M. Craſſo & M. Antonio ademerant, repoſcenti reddiderunt, obſidesq́; inſuper obtulerūt. Poeta igitur hæc ſcribit in Auguſti laudem, cui reddita fuerint à Parthis ſigna, Gens fuit: fuere ipſi Parthi, & Perſæ. Et tuta campis, & equis, & ſagittis. Plura dat Parthis, quibus ab externorum bellis tuti eſſent, equos, & uaſtam planiciem, quam facillimè equites tueri poſſent: & ſagittas, quib. eminus arcere poſſent hoſtem. Et inuia, inacceſſibilis. Fluminibus circumfuſis: ut difficilis eſſet ad eos tranſitus, propter Euphratem, Tygrim, & alia ingentia flumina. Et de his apud Lucanum in 8. Pharſ. inquit: Diuidit Euphrates ingentem gurgite mundum, E Caſpiaq́; immenſos ſeducunt clauſtra receſſus, Et polus Aſcyrias alter noctesq́; diesq́; Vertit, & abruptum eſt noſtro mare diſcolor unda, Oceanusq́; ſuus regnandi ſola uoluptas, Celſior in campis ſonipes, & fortior arcus. Nec puer aut ſenior lethales tendere neruos Segnis, & à nulla mors eſt incerta ſagitta. His igitur quatuor rebus tuti erant. Acceſſit & illud: clades Craſſiana, quo effecti ſunt auidiores. Funera Craſſorum, M. Craſſi patris, & Publij Craſſi filij, & legionum quæ cum his fuere. Addiderant animos genti, Parthis ipſis. Cum perijt miles, exercitus ipſe Romanus. Et ſigna, uexilla quæ fuere ſublata. Et ſimul dux, ipſe Craſſus. Paribus tenebat ſigna Romana, aquilas & cætera uexilla. Decus belli, ornamentū Romanæ militiæ. Et hoſtis erat ſignifer Romanæ aquilæ, Parthus erat qui aquilam ferebat. Et is pudor: quaſi hæc ignominia, quæ Romanis ruborem inijciebat. Manſiſſet adhuc, in hunc uſq; diem. Niſi opes Auſoniæ, Italicæ. Protegerentur, defenderentur. Armis Cæſaris, niſi Cæſar Auguſtus Romanum imperium tueretur.

Ille notas ueteres, & longi dedecus æui
Suſtulit: agnorunt ſigna recepta ſuos.
Quid tibi nunc ſolitæ mitti poſt terga ſagittæ?
Quid loca? quid rapidi profuit uſus equi?
Parthe refers aquilas, uictos quoq; porrigis arcus,
Pignora iam noſtri nulla pudoris habes.
Rite deo templumq; datum, nomenq; Biſultor,
Emeritus uoti debita ſoluit honor.
Solennes ludos Circi celebrate Quirites,
Non uiſa eſt fortem ſcena decere deum.
Pleiadas aſpicies omnes, totumq; ſororum
Agmen, ubi ante Idus nox erit una ſuper.
Tunc mihi non dubijs autoribus incipit æſtas,
Et tepidi finem tempora ueris habent.

ANTO. Notas ueteres, ueterū B ignominiam, qua Romani affecti ſunt amiſſis uexillis. Agnorūt ſigna recepta ſuos. Inanimatæ rei dat ſenſum, more poetarum. Parthe re. aq. Solo Auguſti nomine territi, ſigna reddiderunt: quāuis & arma non deerant. Meritus honor, quem meruit Mars, Auguſto conceſſa uictoria. Et eſt ſenſus: Quia honor Marti debebatur, Cæſar uota perſoluit. Circum celebrate. Non eſt Circum hoc loco nomen, & accuſatiuus caſus ab eo quod eſt Circus, ſed aduerbiū. Nam hoc dicit: Celebrate C Quirites per uniuerſam urbem ludos die qua Marti ædes dicata eſt, ob Auguſti uictoriā, quia nunc uiſa eſt fortem ſcena decere deum. Hoc eſt, in tanta urbis lætitia ludi non dedecent Martē, Romanæ gentis autorē. [Sed Circi legitur, non Circū. quare altera expoſitio melior, etiam ob collationem ſcenæ.] Pleiadas aſpicies, etc. Sol hoc tempore penè in eo eſt, ut in Geminos introitum faciat. Vnde Pleiades, quarum ſuprà meminimus, pridie Idus Maias apparent, antequam Sol in ortum feratur, quarum exortum Plin. tradit Sole Tauri partē 25. obtinente ſex diebus ante Maias Idus: quo tempore Columella quoq; omnes inquit Vergilias apparere. Earū occaſus paulo ante Idus Nouembris hyemē inchoat, teſte Plinio, ortus uerò æſtatem. Itaq; Vergiliæ dictæ ſunt, autore Feſto, quòd earum ortu uer finem facit. Vnde ait Propertius: O utinā hybernæ duplicentur tempora brumæ, Et ſit iners tardis nauita Vergilijs. Sunt aūt uel in cauda Tauri, ut quibuſdam placere dubium non eſt: uel ita poſitæ, ut ex earum poſitu, teſte A. Gel. imago Tauri præter caput conformata uideatur: uel ante genu Tauri, ut placet Seruio. cui illud aſtipulatur: Ac propter læuum genus omni ex parte locatas Paruas Vergilias tenui cum luce uidebis. Vbi notandum genus pro genu dictum, ut Priſcianus docet. Incipit æſtas. Si ex D ortu Vergiliarum uer finem facit, neceſſe eſt ut æſtas ab eo tempore ſumat exordium: quam quidam diffiniunt eminentē terræ aerem conſotū, & calefactū ſolis ad ſeptentrionē curſu. Sciendum, nonnullos nō à ueris fine, ſed à uerni temporis ſignificatione, Vergilijs nomen inditū exiſtimare, quas & Pleiades dicimus, quòd primæ nauigationis tempus oſtendant. F

PAVL. Ille, Auguſtus. Suſtulit ueteres notas, ueterem illam ignominiam. Et dedecus lōgi æui, infamiā longi temporis. Nā coegit Parthos reddere ſigna. Recepta ergo ſigna, quæ recuperata fuere ab Auguſto. Agnorunt ſuos, Romanos ſcilicet milites. Et eſt Proſopopœia, quando datur anima reb. inanimatis. Aut per hypallagē intelligas, Romani agnorunt ſua ſigna recuperata. G Quid tibi, ô Parthe. Quid profuere tibi ſagittæ ſolitæ mitti poſt terga? quid profuit peritia iaculationis ſagittarum, quas eques fugiens à tergo mittit? unde illud dictum: Fatalia tela ueneno Illita, quæ fugiens poſt terga reliquerit hoſtis. Quid loca, profuere ſcilicet quæ erant inacceſſa. Quid rapidi profuit uſus eq? quid iuuit illud quo plurimū ualebas, hoc eſt ipſe equus? nam in pugna pedites Parthi non ualent, nec niſi in campis ſeſe exercent. de quo etiā apud Lucan. Lentulus ita inquit: Sarmaticos inter campos, effuſaq; plano Tigridis arua ſolo, nulli ſuperabilis hoſti Libertate fugæ: ſed nō ubi terra tumebit, Aſpera cōſcendet montis iuga: nec per opacas Bella gerunt tenebras incerto debilis arui. Parthe re. aqui. Romana ad Auguſtū ſigna. Et porrigis uictos arcus: iam tu uictus, ſupplex tua arma Cæſari Auguſto porrigis. Iam nulla habes pignora noſtri pudoris: nō habes iā ſigna, aut aliud, quo erubeſcere poſſimus. Rite eſt datū templum deo, ritè & meritò ædes eſt Marti cōſecrata. Et nomen Biſultor, meritò quoq; bis eſt Vltor cognominatus: nam Auguſtū iuuit in ultione paterna, & Parthorū iniuria ulciſcenda. ſic bis ultor, & de parricidis, & de hoſtibus. Et meritus honor, qui ab Auguſto Marti benemerito debebatur. Soluit debita uoti: nam quod uouerat Cæſar, templum Marti conſecrauit. H Quirites celebrate ludos ſolennes, qui quotannis Marti exhibentur. Circo, in Circo maximo. Scena nō eſt uiſa decere fortem deum:

A deum: ſcenæ, ubi leuia referũtur, & fabulæ recitãtur, nõ cõuenit reb. Martijs: ſed in Circo opus eſt nũc & equorũ curſu certare, & Martios ludos exhibere. Maior enim ratio erat Circenſiũ q̃ theatraliũ. Erãt enim illa grauiora ſpectacula. Pleiadas aſpicies. Pridie Idus Mai. Vergiliæ oriũtur. de his diximus in 4. lib. præterea æſtatis eſt initiũ. & ſuperius ex Florentino diximus, principiũ æſtatis eſſe 8. Idus. Tu aſpicies oẽs Pleiadas, quæ & Vergiliæ dictæ. Et totũ agmen ſororum: omnia ipſa ſidera. ut ſuperius dictum: Quæ ſeptem dici, ſex tamen eſſe ſolent. Vbi una nox erit ſuper, id eſt ſupererit. Ante Idus, hoc eſt pridie Idus. Tunc, eo tempore. Incipit mihi æſtas, eſt æſtatis initium. Non dubijs autoribus, certis autoribus. Et tempora ueris tepidi habent finem: eſt finis ueris, cum aer erat temperatus, & eſt principium æſtatis, cum aer incipit eſſe feruentior. E

Idibus ora prior ſtellantia tollere taurum
Indicat: huic ſigno fabula nota ſubeſt.
Præbuit ut taurus Tyriæ ſua terga puellæ
Iuppiter, & falſa cornua fronte tulit:
Illa iubam dextra, læua retinebat amictu
Et timor ipſe noui cauſa decoris erat.
Aura ſinus implet, flauos mouet aura capillos:
Sidoni ſic fueras aſpicienda Ioui.
Sæpe puellares ſubduxit ab æquore plantas,
Et metuit tactus aſſilientis aquæ.
Sæpe deus prudens tergum demittit in undas,
Hæreat ut collo fortius illa ſuo.
Littoribus tactis ſtabat ſine cornibus ullis
Iuppiter, inq; deum de boue uerſus erat.
Taurus init cœlum, te Sidoni Iuppiter implet,
Parsq; trium terræ tertia nomen habet.
Hoc alij ſignum Phariam dixere iuuencam,
Quæ bos ex homine eſt, ex boue facta dea.
Tum quoq; priſcorum uirgo ſimulacra uirorum

NTO. Idib. ora pri. ſtel. tol. Taur. indicat. Repetendum eſt noctis nomẽ. & eſt ordo: Nox prior Idibus indicat Taurũ tollere ora ſtellãtia. Admonet aũt tantũ hoc loco, uideri apertius Tauri caput Idibus Maijs ante ortũ Solis. Nam heliaci ortus ſucularũ ſiue Hyadum meminit ſuprà: ut,
B Pars Hyadũ toto de grege nulla latet. &, Ora micãt tauri ſeptẽ radiãtia flãmis. Docet tamen Columella, ſuculas paulo poſt Idus huius mẽſis, hoc eſt 12. Cal. Iun. exoriri. Sanè Taurus oritur à clunibus, ſecundũ Manilium. ut, Aſpice Taurũ Clunib. et Geminos pedibus, teſtudine Cancrũ, Surgere. Fabula nota ſubeſt. Si nota eſt, cur explicatur? obtundis enim. tametſi intelligo. Tyriæ puellæ, Europæ. Seneca in Hercule furente: Hinc qua tepẽti uere laxantur dies Tyriæ per undas uector Europæ nitet. Eadẽ & Sidonis dicitur, à Sidone, quæ nõ plus quàm 200. ſtadijs diſtat à Tyro, uocaturq; à Plinio Thebarũ Bœotiarũ parẽs. Eam, ut inquit Iuſtinus, Tyrij cõdiderunt, quorũ gens à Phœnicibus fluxit. ij enim terræmotu uexati, relicto patrio ſolo, Aſſyrium ſtagnũ primò, mox mari proximũ
C litus incoluerũt, cõdiderũtq; urbẽ, quam à piſciũ ubertate Sidona appellarũt. Piſcẽ enim Phœnices Sidon uocant. Poſt multos deinde annos à rege Aſcaloniorũ expugnati, nauib. appulſi Tyron urbẽ ante annũ Troianæ cladis cõdiderunt. Noui decoris. uel magni, ſiue excellentis: uel reuera noui. Subduxit ab æquore plantas, Europa, nõ Iupiter. Littoribus tacitis, Cretæ inſulæ, ad quã deus uexit Europã. Taurus init, &c. Effigies tauri quam deus exuit, in zodiaci ſignũ translata eſt. Phariã dixere iuuencã: in quã Io cõuerſa eſt, q̃ in Aegypto Iſidis nomẽ accepit. nota eſt fabula. Simulacra uirorũ. Immolandorũ hominum ritus fuit olim in Latio, quemadmodũ & apud quoſdam immaniſſimos barbarorũ. quem nõnulli à Pelaſgis fluxiſſe crediderunt, qui ſedibus ſuis pulſi, et incerti quib. locis adhærerent, apud Dodonã oraculum acceperũt, in quo hoc erat: ϗ̀ κεφαλὰς ἅδῃ, ϗ̀ τῷ πατρὶ πέμπετε φῶτα. Vnde cum poſt errores plurimos in Latiũ appuliſſent, erexerunt Diti ſacellũ, & Saturno aram, diuq; hunc uirorũ uictimis, illum humanis capitibus placauerũt. quod genus ſacri redactũ eſt ab Hercule in mitiorẽ ritum, qui ſuaſit poſteris Pelaſgorũ, ut inferrent Diti non hominũ capita, ſed oſcilla ad humanã effigiem arte ſimulata: & Saturni a-
D ras non uiris mactandis, ſed accenſis luminibus excolerent: quia non ſolum uir, ſed lumen per nomen quod eſt φῶς ſignificetur. Eundem Herculem ſcribit Plutarchus, cum barbari ea loca ubi nunc Roma eſt incolentes, Græcos quos ceperant in Tiberim deijcerẽt, edocuiſſe illos ut ueterẽ morẽ et ſuperſtitionẽ imitantes, ſimulacra uiuorũ hominũ in flumen dimitterẽt. in ſacris enim, ut inquit Seruius, ſimulata pro ueris accipiuntur. Vnde cum de animalibus quæ nõ facilè inueniuntur, ſacrificandũ eſt, ſimulacra eorum pane & cera fiunt, ac pro ueris accipiũtur. F Itaq; poſtea Idib. Maijs circa plenilunũ pontifices uirgineſq; Veſtales, item prætores, alijq; quos ſacris adeſſe fas erat (ut inquit Euſebius) immolatis animalib. uti ius pontificium poſtulabat, argeos, id eſt triginta hominum ſimulacra, ſiue ſcirpeas effigies, dẽ ponte ſublicio ſingulis annis in Tiberim iaciebant. Dicti aũt Argei ſunt, uel q. Hercules cum occiſo Geryone uictor per Italiam armenta duxiſſet, ſimulacra hominũ pro numero Argiuorũ ſociorumq; quos caſu peregrinationis amiſerat, dicitur in fluuium dimiſiſſe: ut aqua ſecunda in mare deuecti, pro defunctorũ corporibus ueluti patrijs ſedibus redderentur. Vel à Pelaſgis, quos ſcripſit Macrob. poſt acceptũ oraculũ ad Dodonã in Italiã perueniſſe. Vel à græcis, quos barbari, ut diximus, Latiũ incolẽtes in fluuiũ iaciebãt. Græci enim oẽs, ut inquit Plutar. Argiui à ue- G teribus dicebantur. Sanè Feſtus autor eſt, fuiſſe in urbe loca quæ Argea uocabantur, q. in his ſepulti eſſent quidã Argiuorũ illuſtres uiri. Et Varro Argeos inquit dictos putari à principibus qui cũ Hercule Argiuo uenere Romã, et in Saturnia ſubſederũt.

Idibus ora, &c. Nocte Iduum Mai. altius attollit Taurus, cum ſit ceſſurus Geminis. De Tauro ſuperiore egimus lib. Poeta cauſam ſigni refert ad Europæ raptum, q. imago Tauri fuerit cœlo locata, ſicut nos quoq; ſuprà retulimus. licet ſint qui uaccã eſſe dicant, & ad Io referant. Prior Idibus: hoc eſt, nox quæ præcedit Idus. Indicat, oſtendit. Taurum tollere, attollere altius à ſole in ortu. Ora ſtellantia, ſtellas oris: quas ſuprà explicuimus. Fabula nota, quaſi quam oẽs norunt. Subeſt huic ſigno, ipſi Tauro: quia omnib. notũ, qua ratione fuerit cœlo figuratus. Taurus, Iupiter in taurũ demutatus. Vt præbuit terga ſua: cũ ſe manſuetum oſtendens, procubuit ante puellam, deditq; illi terga equitanda. Vnde Horat. Sic & Europæ niueum doloſo Credidit tauro latus. Puellæ Tyriæ, Europæ. à Tyro Phœniciæ: nam filia regis Agenoris. De quo latius in fine 2. lib. Met. Et tenuit, Iupiter. Falſa, non uera cornua fronte: nam taurum ſe ſimulauerat. Verùm ſi hiſtoriam reſpicimus, habuit Iupiter tau- H rum in puppi figuratum. De quo Lactant. loquens, ait: Rapuiſſe dicitur in aquila catamitum. Poeticus color eſt. ſed ui per legionem rapuit, cuius inſigne aquila eſt: aut nauis, in qua eſt impoſitus,

PAVL.

A impoſitus, tutelam habuit in aquila figuratã: ſicut taurum figuratum, cum rapuit & tranſuexit Europã. Illa, Europa. Retinebat dextra iubam, crines tauri, quo firmius inhæreret. Læua retinebat amictus, ueſtes, ne aquis maderent. Et ipſe timor, puellæ. Erat cauſa noui decoris. Augebat enim timor ipſius decorẽ tum in uultu, q. præ timore candidior uidebatur: tũ in ipſo geſtu, & habitu. Aura implet ſinus, ueſtes. niſi dicas latẽter hiſtoriam tangere, quòd leni uẽto uela impleantur, cum naue trãſueheretur. Aura mouet capillos flauos. hoc quidem decorẽ illius augebat, cum flaui crines uento agerentur. Sidoni, ô Europa, à Sidone urbe Phœniciæ. Sic, hoc modo. Fueras aſpicienda Ioui: cum formoſior uidereris, & ob id illi gratior. Sæpe ſubduxit, remouit. Ab æquore plantas puellares: contrahebat, ut altius eleuaret pedes, ne attingeret aquas. Et metuit tactus aquæ aſsilientis: metuit ne ab unda ſalienti tangeretur, hoc eſt ne aquis ſpargeretur. Sæpe deus, Iupiter in tauri forma. Prudens demittit tergum in undis: inflectebat ſe in undas, incuſſurus illi metum. Vt illa fortius, firmius. Hæreat illa ſuo collo, quo arctius eum puella amplecteretur. Littoribus tactis, poſtquam in Cretam peruenit. Stabat Iupiter ſine ullis cornibus:
B nam exuerat formam tauri. Et de boue erat uerſus in deũ, reſumpſit uerã formam. Taurus, figura tauri. Init cœlum, quia cœlo locata. Sidoni, Europa. Implet te Iupiter: grauidã fecit, & de te Minoẽ genuit. & Tertia pars terræ habet tuum nomen: diuiſus enim orbis in tres partes, ab ea una ipſarũ partium, Europa uocata eſt. unde Horat. Bene ferre magnam Diſce fortunã, tua ſectus orbis Nomina ducet. Dixerunt, aliqui ſcilicet. Hoc cœli ſignum Pharíã iuuencã, eſſe Io inachi regis Argiuorũ filiam. Quòd bos eſt facta ex homine: cum demutauit Iupiter eam in uaccam, ne patẽret eius furtũ. Ex boue facta dea: cum rediјt in priſtinã formam, & in Aegypto meruit diuinos honores. Putant igitur illam uaccã eſſe in cœlo figuratã. ſed ut ſuperius dictum, Vacca ſit, an taurus non eſt cognoſcere promptum. Phariam, Aegyptiam. à Pharo inſula parua in Nilo: quæ Alexandriæ ponte iungebatur. de qua Lucan. in 10. Tunc clauſtrũ pelagi cepit Pharon inſula quondam, In medio ſtetit illa mari ſub tempore uatis Proteos: at nunc eſt Pellæis proxima muris. Tunc quoq; priſcorum uirgo. Idib. Maiјs ſcirpea ſimulacra iaciũtur in Tibrim è roboreo ponte, unde prius ſolebant emitti ho-
C mines. Cuius rei meminerunt Dionyſ. lib. 1. de Antiquit. Italica, Lactant. in 1. Diuinarũ inſtitutionũ, Plutarchus in Problematibus, Macrobius in Saturnalibus: & Euſebius lib. 4. de Euangelica præparatione, Dionyſiј uerba referẽs: Aſſerunt, inquit, Saturno in Italia priſcis temporibus ita ſacrificatum fuiſſe, quemadmodum apud Carthaginenſes, antequam urbs eorum dirueretur. Celtæ uerò ad hæc uſq; tempora, et occidẽtaliores ferè oẽs, homicidio ſacrificant. Hercules autem fertur primus in Saturno ara ædificata, intemeratas hoſtias immolaſſe: ac legem, qua homines ſacrificabantur, reuocaſſe: & ne, quaſi patrio ritu neglecto, ſuperſtitione inani incolæ turbarentur, ſimulacra pro uiuis hominibus, quos in fluenta Tiberis proiјciebant, hoſtiarum ornata modo in Tiberim immittere docuit. quæ res à Romanis, temporibus quoque noſtris, Idibus Maiјs diligenter fieri ſolet. Ea enim die pontifices, animalibus primò ſecundum leges immolatis, uirginesq; Veſtales, prætores, aliјq; ciues, quos ſacris adeſſe fas eſt, triginta ſimulacra hominum, quæ Argiuos appellant, à ponte ſacro in Tiberim demittunt, & cætera. E
E picadus uerò refert, Herculem occiſo Geryone, cum uictor per Italiam armenta duxiſſet, ponte, qui nunc Sublicius dicitur, ad tempus inſtructo, hominum ſimulacra pro numero ſociorum, quos caſu peregrinationis amiſerat, in fluuium demiſiſſe: ut aqua ſecunda in mare deuecta, pro corporibus defunctorum, uelut patriјs ſedibus redderentur: & inde uſum, talia ſimulacra fingendi, inter ſacra manſiſſe. Verùm aliј cum ſuperiore concordãt. Hic è ponte ſublicio iacta inquit. ſic & Plutarchus: Dionyſius è ponte ſacro, Lactantius è ponte Miluio. qui ita de ea re a- F
git: Saturnus in Latio eodem genere ſacrificiј cultus eſt: non quidem ut homo ad aram immolaretur, ſed uti in Tiberim de ponte Miluio mitteretur. Quod ex reſponſo quodam factitatum, Varro auctor eſt: cuius reſponſi ultimus uerſus eſt talis, καὶ κεφαλὰς, κρονίδῃ καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε φῶτα. Et capita Saturno, & patri mittite hominem. quod quia uidetur ambiguum, & fax illi & homo iaci ſolet. Verùm id genus ſacrificiј ab Hercule, cum ex Hiſpania rediret, dicitur eſſe ſublatum. Ritũ tamen permanere, ut pro ueris hominibus, imagines iacerentur è ſcirpo, ut Ouidius in Faſtis docet. Et adducit ipſe Lactantius plures ex uerſibus Ouidianis. Plutarchus uerò hanc eius rei rationem affert. Quod antiquis temporibus barbari ea loca incolentes, Græcos quos ceperant, eo pacto interficerent. Herculem uerò poſtea admirati, ab hoſpitum & externorum cæde abſtinuerunt: docti ab eodem, ut ueterem morem ac ſuperſtitionem imitantes, effigies in flumen abiјcerent. nam ueteres Græcos omnes Argiuos æqualiter appellabant: niſi propter uicinitatem, Argiuos Arcadum Euander exiſtimans, qui patriam fugiens, ibi conſedit, odium & amicitiam retinuit. Poeta uerò oſtendit alios & reſponſo factum tradidiſſe, ut duo corpora in Tibrim G
iacerentur. Alios uerò putauiſſe iuuenes ſolitos è pontibus impellere ſenes, ut ipſi eſſent qui in comitiјs ſuffragia darent: & inde morem habuiſſe originem, ſeruatumq; uſque ad Herculis tempora. Tunc quoque, eo etiam die. Virgo, Veſtalis ſcilicet.

Mittere roboreo ſcirpea ponte ſolet:
Corpora poſt decies ſenos qui credidit annos
Miſſa neci. ſceleris crimine damnat auos.
Fama uetus, tunc cum Saturnia terra uocata eſt,
Talia fatidici dicta fuiſſe ſenis:

ANTO. Roboreo ponte, Sublicio, quem Plutarchus ſcribit ligneum factum & abſolutum ab Anco Martio rege: & poſtea lapideum extructum ab Aemylio quæſtore. Vnde non placet quod Lactantius tradit, è ponte Miluio hominem in Tiberim miſſum. Varro pontem Sublicium à pontificibus inquit primùm factum, & ſæpe reſtitutum. Eius contignationem Plinius ita diſpoſitam inquit fuiſſe, ut eximerentur trabes ſine fulturis, ac reponerentur: quod in
D eo ponte religioſum fuit, poſteaquam Coclite Horatio defendente, ægrè reuulſus eſt. Dictus autem eſt Sublicius à ſublicis,
Plin. lib. 36. cap. 15. quæ ſunt, ut Cato ſcripſit, perticæ longiores, ex quibus pons totus fuit, poſtquam inſtitutum eſt, ne ferro & clauis contingeretur. Hunc, ut quidam tradũt, Antoninus Pius imperator marmoreum fecit. Sed non prætereundum quod ſcribit Macobius, ſtructum fuiſſe ad tempus hunc pontem ſub Hercule: & poſtea Sublicium dictũ, ex quo idem Hercules dicitur hominum ſimulacra in fluuium demiſiſſe. Decies ſenos, ſexaginta. Vnde Feſtus, Depontani, inquit, ſenes appellabantur, qui ſexagenariј de ponte deiјciebantur. Libet hoc loco per iocum laudare maiorum noſtrorum pietatem, ac prudentiam, curantium ne opor- H
teret ſexagenarios ſenes anni ſcalariј pericula formidare. Cæterùm id Romæ factum non crediderim. apud Scythas ſeruatum eum morem fœdiſsimum aliquando fuiſſe, dubium

non

A non eſt. Tunc cum Saturnia terra uocata eſt. Primi cultores Italiæ, ſecundum Trogum, Aborigines fuere, ut Iuſtinus refert: quorum regem Saturnum tantæ inquit fuiſſe iuſtitiæ, ut neq; ſeruierit ſub eo quiſquā, nec priuatæ rei quicquā habuerit. Ita Italiam regis nomine Saturniā appellatam: & montē quem inhabitabat, Saturnium dictum, ubi poſtea Capitolium fuit. Sed eſt & Saturnia nomen oppidi, ut ſuprà oſtendimus.

AVL. Solet mittere, eijcere. Simulacra ſcirpea priſcorū uirorum, effigies antiquorū ex ſcirpis cōpoſitas. Ponte roboreo, ligneo: hoc eſt è ponte ſublicio, ex ſublicis, hoc eſt ex ipſis oblongis & excectis lignis compacto. Qui credidit corpora miſſa neci, qui putat necatos homines. Poſt decies ſenos, hoc eſt poſt ſexaginta annos. Damnat auos crimine ſceleris: arguit maiores ſceleratæ cædis, & ſummæ immanitatis. quaſi dicat, Nō ita ſunt maiores tanti ſceleris arguendi. Et hoc ideo inquit, quia putabant E aliqui eundem morem in Italia fuiſſe, qui apud Pleros Scytharum populos ſeruatur, ubi ſexagenarij necantur: ut ea ratione inſtitutum arbitrarentur in Latio, ſexagenarios è ponte in fluuium mitti ſolitos. quod poeta negat, cum maiores non ſint tanti ſceleris accuſandi. Verùm aliqui ex Græcis ſeruauere hunc morem. nam in Cæa inſula lex lata erat: Qui rectè uiuere nequeant, turpiter ne uiuunto. Edixit enim lex, maiores annis ſexaginta natos aconito uitam finire, ut cæteris cibaria ſufficerent. Hæc Strabo refert. Fama uetus, quaſi iam antiquis hæc fama emanauit. Tunc cū terra, Latina ſcilicet. Eſt uocata Saturnia: quaſi ante urbē conditā, cum & Saturnius collis uocaretur, qui nunc Capitolinus dicitur, & in eo Saturnia urbs, ut primò diximus. Talia fuiſſe dicta ſenis fatidici, hoc fuiſſe uatis reſpōſum.

Falcifero libata ſeni duo corpora gentes
  Mittite quæ Thuſcis excipiantur aquis.
Donec in hæc uenit Tirynthius arua, quotannis
  Triſtia Leucadio ſacra peracta deo.
Illum ſtramineos in aquam miſiſſe Quirites,
  Herculis exemplo corpora falſa iaci.
Pars putat, ut ferrent iuuenes ſuffragia ſoli,
  Pontibus infirmos præcipitaſſe ſenes.
Tibri doce uerum: tua ripa uetuſtior urbe eſt,
  Principium ritus tu bene noſſe potes.
Tibris arundiferum medijs caput extulit undis,
  Raucaq; dimouit talibus ora ſonis:
Hæc loca deſertas uidi ſine mœnibus herbas:
  Paſcebat ſparſos utraq; ripa boues.
Et quem nunc gentes Tiberim noruntq; timentq;,
  Tunc etiam pecori deſpiciendus eram.

NTO. Donec in hæc, &c. Redegit quidem Hercules crudele ſacrū ad mitiorem ritū, ut diximus: ſed euſque proceſſit ſa- B cri religioſi celebratio, ut Cn. Cornelio Lētulo, P. Licinio Craſſo coſſ. ſenatuſconſultū factum fuerit, ne homo immolaretur. et poſtea Tiberius Cæſar ſuſtulerit Druidas, ita ut multū debeatur Romanis, ut ait Plinius, per quos ſublata ſunt monſtra, in quibus hominem occidere religioſiſſimum habebatur.

Thuſcis aquis, Tiberi. Triſtia Leucadio, &c. Non placet, quòd nonnulli dicunt à parte totum accipi, & Saturnum Leucadium dictum, quòd in Epiro, cuius inſula eſt Leucas, oraculum iuſſerit, huic deo uirorū uictimis rem diuinam fieri. Sed Leucadium dictum accipimus, ſuppleta quaſi particula. quod poetæ facere C conſueuerunt, teſte Seruio. Quoniam uiuis hominibus ex alto deiectis, ei ſacra fierent, quemadmodum & Apollini apud Leucadem. Leucadium enim deum propriè Apollinem dicimus. Ouid. alibi: An quia Leucadio ſemper amata deo. Fuit eius ædes in Actio promontorio apud Leucadem. Vnde illud eſt Virg. Mox & Leucatæ nimboſa cacumina mōtis, Et formidatus nautis aperitur Apollo. Leucadijs autē (ut inquit Strabo) mos patrius fuit, ut in Apollinis ſacrificio quotannis ſontem aliquem, auertendæ deorum iræ gratia, è montis ſpecula deijcerent. Nouimus enim (ut auctor eſt Porphyrio, & nos diximus ſuprà) quoſdam è dijs placari, ne obſint. & Apollinē à nonnullis peſtilentē deum exiſtimari. Vnde illud eſt: Condito mitis placiduſq; telo, Supplices audi pueros Apollo. Strabo autor eſt, Corinthios Leucadē, quæ fuit olim Cheroneſus, in formā inſulæ redegiſſe: quæ à petra albicante proiecta in pelagus, nomen accepit: uel ſecundū Alcmæonidem, à Leucadio Icarij filio. Stramineos Quirites, ſimulacra Quiritum è ſtramine. Quirites autem dixit, non quòd tum eſſent, ſed quòd poſtea eo in loco Quirites fuerunt. Corpora falſa iaci. repetendum, Fama eſt. Vt ferrent iuuenes ſuffragia ſoli: quia ſeniorum cōſilia ſolent ſæpenumero affectibus iuuenum D reluctari. Tua ripa uetuſtior urbe eſt: facile tibi eſt uerum docere, qui es urbe uetuſtior, & noſti quæ fuerūt ante urbē conditā.

AVL. Mittite, ô gentes, duo corpora libata, duos homines litatos. Falcifero ſeni, Saturno ferenti falcē. Cum falce enim figuratur, quòd ea fruges execare docuerit. Aut quòd Saturnus κρόνος dicatur, & tempus ſignificat, cui falx attribuitur: quoniam tempus omnia F metat, execet, & incidat. Quæ, duo corpora. Excipiantur aquis Thuſcis, Tiberinis. Hoc igitur reſponſum fuit, ut duo deijcerentur in fluuium, & ſic Saturno litarentur. Donec Tirynthius: & fama fuit, uſquequo Hercules à Tirynthio oppido Bœotiæ. Venit in hæc arua, Latina: uicto in Hiſpania Geryone, ut diximus in primo. Sacra triſtia, ob humanam uictimam. Peracta deo Leucadio. In omnibus codicibus etiam uetuſtiſſimis ita ſcriptum eſt, deo Leucadio: ita ut intelligi non poſſet, quare Leucadio diceretur. & alij aliud ſentiebant, & alij aliter deprauabant. At Lactantius, qui hunc locum adducit, ita hunc uerſum ponit, Triſtia Leucadio G ſacra parata modo. & hoc pacto reddit ſenſum faciliorem: Sacra quæ parantur eo modo, quo ſacrificatur Apollini ad Acium in mari Leucadio: nam immolatur humana uictima. De quo Virgilius: Et formidatus nautis aperitur Apollo. Ita hic immolabantur homines Saturno. Et tamen ſi omnino illud aſſerendum eſſet, ut Leucadio deo diceremus, erit quidem ad locum referendum in urbe, ubi erat eius templum, & Opis ſimul. & ut Saturnum Leucadium dicebant, ita & Opem Leucadiam. Plautus enim Opis Leucadiæ meminit. Sic utroque modo rectè dices. Et fama eſt. Illum, Herculem. Miſiſſe Quirites ſtramineos, ſtramineas effigies Quiritium. In aquam, in Tibrim. Sed non Quiritium, quia nondum condita Roma, neq; erat Quiritium appellatio. Sed poeta poſteriore uocabulo pro re ueteri uſus eſt. nam effigies illorum, qui tunc ea incolebant loca.

Et fama eſt. Iaci corpora falſa, corporum effigies. Exemplo Herculis, ut Herculem imitentur. Pars putat: alij ſunt, qui id exiſtimant. Iuuenes præcipitaſſe, præcipites ieciſſe è pontibus. Senes infirmos: inualidos, qui defendere ſe non poterant à iuuenibus. Vt ipſi, iuuenes. Soli ferrent ſuffragia: ut in comitijs darent, cui uellent, ſuffragia, ſine ſe- H num repugnantia. Tibri doce uerum, tua ripa uetuſtior, &c. Numen Tiberinum inuocat, ut ueram cauſam referat. Quæ quidem ab illo ad Herculis comites refertur, qui in illis collibus, ubi

A *poſtea urbs eſt condita, remanſerunt. At cum amore patriæ tan gerentur, aliqui ex his in morte mandabant, ut mitterētur in Tibri. quo ab undis in patriā reportarentur. Hæredes uerò non parebant, ſed humabant extinctos, et ſcirpeas imagines in fluuium deijciebant. Doce tu uerū Tibri, unde hic mos originē habuerit. Tua ripa eſt uetuſtior urbe, antiquior quàm ſit Roma. Tu bene potes noſſe, propter ipſam uetuſtatē. Principium ritus, originem huius moris. Tibris, deus ipſe Tiberinus. Extulit, eleuauit. Caput arundiferum, arundine coronatum. Ea enim eſt fluuiorum corona, quod refertur ad ripas arundine obſitas. Medio alueo, per quem fluit. Et dimouit ora rauca, à rauco aquarum murmure.* B *Talibus ſonis, his dictis. Vidi, ego. Hæc loca, Romana. Herbas deſertas, quaſi paſcua in ſolitudine iacentia. Sine mœnibus: cum nondum eſſet urbs, aut aliud oppidum conditum. Vtraq; ripa, & Latina & Hetruſca. Paſcebat boues ſparſos, hinc inde fuſos. Et erā tunc ego Tibris deſpiciendus pecori: quaſi pro uili & abiecto, quem pecora ipſa contemnerent. Quem Tibrim nunc omnes gentes norunt, propter magnitudinē Romani imperij. Et timeant Romanis uires, timent quoq; numen meum.*

ANTO. *Torſit aquas, nauigās aduerſus fluminis impetum. Pallantius heros, Euander Pallantis nepos regis Arcadiæ. Comites longius ire negant: Argiui, quos ait Varro (ut diximus) in Saturnia ſubſediſſe. Moriens hoc breue mandat opus. Si moriēs, quo modo mandat? Morientem hic dicit, paulo pòſt moriturum. Littus ad Inachium, Argiuum: uel à rege Inacho, qui apud Argiuos regnauit: uel à flumine. Diſplicet hæredi: quia quod mandatum fuerat, impium uidebatur. Clare nepos Atlantis ades. Idibus Maijs Mercurius colebatur, quem quidem eo die in lucem editum ferunt. ut, Maiæ Mercurium creaſtis idus. Erat autem is dies feſtus mercatorum, ut Feſto placet: quòd ædes Mercurij eſſet huius menſis* C *idibus dedicata, quæ fuit non longè à Circo maximo. ut, Templa pij poſuere patres ſpectantia Circum. Exiſtimabatur enim Mercurius non ſolùm inuentor ſermonis, lyræ, ſiue citharæ, palæſtræ, atq; furtorum: ſed uiarum atq; itinerum dux, miniſter ac nuncius inter ſuperos atq; inferos deos, ac mercatorum omnium deus: cum ad quæſtus pecuniæ, mercaturasq; habere uim maximam crederetur. Vnde ait Plau. in Amphit. Vt uos in uoſtris uultis mercimonijs emēdis uendundisq; me lætū lucris afficere, atq; adiuuare in rebus omnibus. Itaq; ſunt, qui Mercurium putent à mercibus nominatum. quamuis alij dictum uelint, quaſi medium currentē, quòd ſermo currat inter homines medius. Vnde à Græcis Hermes dicitur, ἀπὸ τοῦ ἑρμηνεύειν. quia ſermo latentes cogitationes interpretatur. Diximus ſuprà, plures fuiſſe Mercurios. quod & Cicero docet. Lactantius grammaticus quatuor inquit fuiſſe. Vnum Iouis & Maiæ filium, alium Cœli & Cei, tertium Liberi & Proſerpinæ, quartū Iouis & Cyllenes. Alij trium tantùm meminere: Aegyptij, Cretenſis, & Atlantici. Alij ſex, quorum ultimum ex Ioue & Maia Atlantis filia natum uolunt, ad quem cæterorum referuntur inuenta: quæ omnia cōmemorare hoc loco non grauaremur, niſi rectè Seruius admoneret, in deo-* D *rū ratione fabulas ſequendas, cum ueritas ignoretur. Mercurius ab Aegyptijs Anubis dicitur, à quibus canino capite unà cum Iſide colebatur. Eiuſdē apud Gallos (teſte Cæſare in Cōment.) plurima fuere ſimulacra, qui eum putabant omniū artium inuento-*

Arcadis Euandri nomen tibi ſæpe refertur:
 Ille meas remis aduena torſit aquas.
Venit & Alcides turba comitatus Achiua.
 Albula (ſi memini) tunc mihi nomen erat.
Excipit hoſpitio iuuenem Pallantius heros,
 Et tandem Caco debita pœna fuit.
Victor abit, ſecumq; boues Erythreida prædam
 Abſtrahit: * & comites longius ire negant. (* at B)
Magnaq; pars horum deſertis manſit in agris,
 Montibus his ponunt ſpemq; laremq; ſuum.
Sæpe tamen patriæ dulci tanguntur amore:
 Atq; aliquis moriens, hoc breue mandat opus:
Mittite me in Tiberim, Tiberinis uectus ut undis,
 Littus ad Inachium puluis inanis eam.
Diſplicet hæredi mandati cura ſepulchri:
 Mortuus Auſonia conditur hoſpes humo.
Scirpea pro domino Tiberi iactatur imago,
 Vt repetat Graias per freta longa domos.
Hactenus * ut ſubijt uiuo rorantia ſaxo (* &)
 Antra, leues curſum ſuſtinuiſtis aquæ.
Clare nepos Atlantis ades, quem montibus olim
 Edidit Arcadijs Pleias una Ioui.

*rem. Athenienſes uerò primi è Græcis (ut inquit Herod.) edocti à Pelaſgis, ſtatuas Mercurij erectis uirilibus habuerunt. cuius rei rationem apud Macrobiū lector inueniet. Huic deo Romani lacte, nō uino ſupplicarunt, in uico, quem* F *putant eam ob cauſam Sobrium appellatum.*

PAVL. *Sæpe refertur tibi nomen Arcadis Euandri. quaſi dicat: Tu debes ſcire, qui fuerit Euāder Arcas, quandoquidem eius nomen à te ſæpe refertur. Ille, Euander. Aduena, peregrinus. Torſit aquas meas remis: ille claſſes aduerſo amne meo, in hæc loca egit. Venit & Alcides, Hercules. Comitatus turba Achiua, quaſi habens ſecū Græcos comites. Tunc erat mihi nomen Albula, eo tēpore uocabar Albula: quia nondū rex Albanus dederat mihi nomen Tiberinum. Si memini, quia memini* G *ita fuiſſe. Heros Pallantius, Euāder: ſiue à Pallante, ſiue à Pallantio. Excipit iuuenē, Herculē. Hoſpitio. ut in primo dictū.*

*Et tandē debita pœna fuit Caco: nam ob raptas boues ab Hercule mactatus eſt, & expurgata eſt eo monſtro rupes Auentina. Victor, Hercules qui Cacū interemerat. Abijt, diſcedit. Et abſtrahit, abducit ſecū. Boues prædam Erythreidas armenta, quæ fuere Geryonis, qui regnauit in Erythra inſula, ad dextrā faucium freti Atlantici in Hiſpania. inde Erythreida prædā dixit. Sed de his omnibus in primo diximus. Et comites, Herculis. Negant longius ire: nolunt ſequi Herculē, ſed uolunt in Latio remanere. Et magna pars horum, comitū Herculis. Manſit in agris deſertis, ubi alij non erant coloni. Et ponunt ſpem & larem ſuum his montibus: reliquere ſpem patriæ, & in his collibus eam cum domicilio & fortunis collocarunt. Tamen ſæpe tanguntur dulci amore patriæ: quia ſæpe deſiderio eius commouebantur. Atq; aliquis moriens, cum iam moriturus eſſet. Mandat hoc breue opus, quod hæres exequatur: hoc exiguum illi officium mandat. Mittite me in Tiberim: cum expirauero, & ſolueritis iuſta, deijcite me in fluuium.*

*Ego uectus ab undis Tiberinis: quem Tibris deuehet in* H *maria, & uſque in Græciam. Ego puluis inanis, qui redactus ero in leuem puluerem. Eam in littus Argiuum, hoc eſt in littus patrium. Cura mandati ſepulchri, cura illius officij: ut mit-*

A ut mitteretur in aquas, tanquam in ſepulchrum. Diſplicet hæredi: tanquã illud impiũ eſſet, non humare corpora, ſed in aquas iácere. Hoſpes mortuus, Argiuus ille extinctus. Conditur humo Auſonia, tellure Latina humatur. Scirpea imago, effigies è ſcirpis. Iactatur Tyberi pro domino, mittitur in fluuium pro corpore illius. Vt repetat Graias domos, ut redeat in Græciã.

Per freta longa: per ipſa maria, longo ſpacio in Græciã uſq; tendentia. Hactenus. Hucuſq; loquutus eſt deus amnis Tyberini. Et ſubijt antra, quæ erant ſua palatia. de quibus in quarto diximus. Rorantia, aquis madentia. Antra uiuo ſaxo, quaſi antrum ab ipſa natura in ſaxo exciſum. Et ab aliquibus interpretibus Virgilij refertur ad naturalem animam, cum dicat, Viuoq; ſedilia ſaxo. Idem dici poteſt in hoc loco. Leues aquæ ſuſtinuiſtis curſus: quoad ille in ſuam regiã ingrederetur, continuiſtis impetum. Clare nepos Atlantis. Inuocat nunc Mercuriũ: quoniam idibus Maijs eſt eius feſtum, quo die fuit illi à ſenatu ædes apud Circũ maximũ conſecrata. Et eodẽ die mercatores ad aquam Mercurij extra portã Capenam ſeſe luſtrabant: & precibus id petebãt, ut à quibuſcunq; periurijs abluerẽtur: & lucri acceſsiones, & cum lucris gaudia afferri. Ades clare Atlantis nepos, Mercuri facunde nepos Atlantis: ut Horat. inquit. nam ex Maia illius filia natus. Quæ olim una Pleias, Maia ex Pleiadũ numero. Edidit Ioui, peperit Ioui filiũ. Mõtib. Arcadiæ, in Cyllene monte Arcadiæ. unde Cyllenius dictus, ut ſuprà docuimus.

ΓO. Pacis & armorũ arbiter. Eloquentia & ſedat animos concitatos, & concitat ſedatos: nec habet in ſe qualitatẽ, ut quidam docent, ſed eam accipit ab agente. Vnde B Cicero in Rhetorica uetere, non utrum bonum, an malum ſit eloquentia quærit: ſed utrum plus boni, an mali ferat, oſtendit. Fiebat autẽ pax per caduceatores, teſte Seruio: ſicut per feciales bella indicebantur. Ii à faciendis fœderibus, illi à caduceo nomen habuerunt, dicto, quòd per caduceatores bella cadere & dirimi cõſueuerunt. Caducei meminit Plin. Natur. hiſt. lib. 19. his uerbis: Hic tamen cõplexus anguium, & efferatorũ cõcordia, cauſa uidetur eſſe, quare exteræ gentes Caduceum in pacis argumentis circundata effigie anguium fecerint. Alato qui pede carpis iter. Vel quia Mercurius citò recurrit in ortum ſuum, uel quia uolucer ſermo per aerem fertur, uel ob ſolis uelocitatem: ſecundum eos, qui eundem eſſe Mercurium atq; Apollinem uolunt. Nitida quoq; læte palæſtra. Lyræ ac palæſtræ inuentorem fuiſſe Mercurium Aegyptium, Diodorus auctor eſt. Portæ uicina Capenæ. Hanc porC tam nonnulli exiſtimant eſſe, quæ & Trigemina dicta eſt, quòd ad eam Trigemini Horatij ſepulti fuerint. quod uerum'ne ſit, alij uiderint. Capenæ autem nomen accepit uel à lucis Capenis, ut inquit Seruius: uel ab oppido Capena, ut alijs placet. Fuit apud hãc portam aqua Meucurij, ut Ouidius ſcribit hoc loco: qua mercatores idibus Maijs ſe ac ſuas merces ſpargere conſueuerunt. Item lapis Manalis, quem in urbem inferebant, ut ait Feſtus, quoties ob nimiam ſiccitatem pluuias cupiebant. Præterea fontes, ac putei, ubi Fontinalia celebrabantur, coronatis puteis, & ſparſis floribus in fontes. Hinc illud eſt Martial. Capena grãdi porta qua fluit gutta. Et illud Iuuenal. Subſtitit ad ueteres arcus, madidãq; Capenam. Rediculi etiam fanum extra portam hanc fuiſſe legimus, ſic dicti, quòd accedens ad urbem Hannibal, ex eo loco redierit, quibuſdam perterritus uiſis. Sunt qui portam Capenam eſſe Appiam quoq; nominatam doceant. Numen habent, purgandi uim ac poteſtatem. Vrna, uas eſt propriè, quo aquam haurimus. quia urinare, eſt in aquam mergi, teſte Varrone. Dicimus & urinare. Qui in aquam merguntur, Plinius urinantes uocat. Vrnarium uerò Varro eſſe inquit in culina, ubi urnæ cum aqua poſitæ habentur.

VL. Arbiter pacis & armorum. pro caduceo dictum, quo pacem D ferit, & bella indicit, cum pax erit ceſſatura. Superis imiſq; deorum: uel arbiter utriſq; dijs, aut qui gratus ex dijs cœlitibus, & dijs inferis. ut eſt illud Horatianum: Superis deorum gratus, & imis. Qui carpis iter alato pede. Quiq; uolas, quoties pedibus talaria nectis Aurea, quæ ſublimem alis, ſiue æquora ſupra, Seu terrã rapido pariter cum flamine portẽt. Sed hoc F ideo à poetis dictũ, quòd eius ſtella ex erraticis celerius cæteris in ortum recurrat. Læte pulſu lyræ, quam tu ipſe reperiſti. Et Horat. Curuæq; lyræ parentem. Læte quoque nitida palæſtra: quoniam certamen palæſtræ primus tradidit. Horatius: Et decoræ more palæſtræ. Nitida, quia oleo peruncti palæſtra certabant. Quo docente lingua didicit cultè loqui: quia Mercurius eſt, qui loqui doceat. Cultè, ornatè. Et Macrobius: Scimus, inquit, Mercurium uocis & ſermonis parentem. Et Horatius: Qui feros cultus hominum recentum Voce formaſti catus. Patres, ſenatores. Poſuere, erexere & conſecrauere.

Pacis & armorum ſuperis imiſq; deorum
Arbiter, alato qui pede carpis iter.
Læte lyræ pulſu, nitida quoq; læte palæſtra,
Quo didicit cultè lingua docente loqui.
Templa tibi poſuere patres ſpectantia Circum
Idibus, ex illo eſt hæc tibi ſacra dies.
Te quicunq; ſuas profitentur uendere merces,
Thure dato, tribuas ut ſibi lucra, rogant.
Eſt aqua Mercurij portæ uicina Capenæ.
Si iuuat expertis credere, numen habet.
Huc uenit incinctus tunica mercator, & urna
Purus * ſuffuſam, quam ferat, haurit aquam.

ffaſa

Tibi templa ſpectantia Circum: quæ prope Circũ maximum ſunt, qui eſt inter Palatium & Auentinum. Nec ſolùm ibi templum Mercurij, ſed aliorum & plurium numinum ſacella conſecrata. ut ædes Veneris, quam Fabius Gurges conſtruxit, cuius meminit Liuius. Aedes Cereris, cuius meminit Plinius. Et tem- G plum Iuuentutis, cuius Liuius etiam meminit de bello Macedonico. Et columna belli, de qua dicemus in libro ſequenti. Et templum Herculis à Sylla erectum, & alia quoq; ſacella. Idibus, Maijs ſcilicet, conſecratũ fuit tibi templum. Ex illo, tempore ſcilicet. Hæc dies, iduum Maiarũ. Eſt tibi ſacra: quoniã appellãtur Mercurij feſtũ, & tibi eo die ſacrificatur. Quicunq; profitentur uendere ſuas merces: omnes mercatores, qui habent uenales merces, & mercaturã profitẽtur. Rogant te dato thure: poſtquã aris tuis thura obtulerint, precãtur. Vt tribuas ſibi lucra, ut lucrari poſsint de mercibus. Et Mercurius mercibus præeſt, ideo mercatores ei ſacrificãt. Eſt aqua Mercurij: quæ quidem ita appellatur, quòd Mercurio ſacrificaturi, ibi ſe prius abluebant. Vicina portæ Capenæ, paulo extra portã Capenam: ubi & Fontinalia celebrabantur, coronatis puteis, & ſparſis florib. in fontes. Eodẽ loco erat lapis Manalis extra eam portam, iuxta ædem Martis: quem cum propter nimiam ſiccitatem in urbem pertraherent, inſequebatur pluuia ſtatim: cumq; quòd aquas manaret, Manalem lapidem dixere. Nec longè fluit Almo, de quo ſuperiore libro dictum. Martialis: Capena grandi porta, qua fluit gutta: Phrygiæq; matris Almo, qua lauat fer- H rum. Ea autem eſt porta Capena, qua itur ad ædem diui Sebaſtiani. Si iuuat credere expertis: quaſi ſi adhibenda eſt fides illis, qui rem & experientia norunt. Habet numen, ineſt

aliquid

A aliquid numinis illi aquæ: quoniam ea expiantur mercatores. Mercator incinctus tunica, habens incinctam tunicam. Venit huc, ad eam aquã. Et haurit aquã, ex fonte. Vrna: hoc enim uaſis genere hauriebatur aqua. Inde urnariũ dictum: quòd urnas (ut Varro inquit) cum aqua poſitas ibi potiſſimũ habebant in culina. Ab eo etiam nunc ante balneum locus, ubi poni ſolebant, urnarium uocatur. B Vrnæ dictæ, quòd orinent in aqua haurienda, ut orinator. Orinare eſt mergi in aquam. Quam, aquam ferat. Suffuſam, in urnam ſcilicet. aut ſuffuſam, pro ſuffundendam in ſeipſum. Purus, quaſi ſuffuſione expiandus.

Vda fit hinc laurus: lauro ſparguntur ab uda,
Omnia quæ dominos ſunt habitura nouos.
Spargit & ipſa ſuos lauro rorante capillos,
Et peragit ſolita fallere uoce preces.
Ablue præteriti periuria temporis, inquit,
Ablue præterita perfida uerba * die.
Siue ego te feci teſtem, falſo'ue citaui
Non audituri nomina uana Iouis:
Siue deum prudens alium, diuam'ue fefelli,
Abſtulerint celeres improba uerba noti.
Et pereant ueniente die periuria nobis:
Nec curent ſuperi, ſi qua loquutus ero.
Da modò lucra mihi, da facto gaudia lucro:
Et face ut emptori uerba dediſſe iuuet.
Talia Mercurius poſcentes riſit ab alto,
Se memor Ortygias ſurripuiſſe boues.
At mihi pande precor multo meliora petenti,
In Geminos ex quo tempore Phœbus eat.
Cum totidem de menſe dies ſupereſſe uidebis,
Quot ſunt Herculei facta laboris, ait.

ANTO. Omnia quæ dominos ſunt habitura nouos, merces: quæ cum uendũtur, dominum mutant. Solita fallere uoce. Eadem uoce preces peragit mercator, qua et fallere conſueuit emptores. Præterita die. Dies hoc loco tẽpus ſignificat indeterminatũ: quemadmodum & ibi, Et pereant ueniente die periuria nobis. ubi petit futuri quoq; tempo B ris periuria condonari.

Talia Mercurius poſcẽtes ridet. Non ſuccenſet iniuſta petẽtibus, quippe qui eſſe dicitur ingenioſus ad furta. Dicitur autẽ Mercurius, qui Apollini boues furatus eſt, fuiſſe Bacchi & Proſerpinæ filius. de quo ait Horat. Te boues olim niſi reddidiſſes, Per dolum amotas, puerum minaci Voce dum terret, uiduus pharetra Riſit Apollo. Ortygias, Apollineas: ab Ortygia inſula, quæ Delos dicitur. Quot ſunt Herculei, &c. Decimoquarto cal. Iunias ſol in Geminos tranſitum facit: ut Ouidio placet hoc loco, cui aſtipulatur Columella. Quo tempore reliqui ſunt huius menſis duodecim dies, qui pleni atq; integri hoc loco accipiendi ſunt. Quod ni feceris, exiſtimans decimotertio cal. Iunij ſolem abire in Geminos, ſequẽtia non procedent. Cum enim auctor decimoquarto C cal. Iunij (ut infrà legitur) ſolem doceat abire in Cancrum, id ages, ut triginta dies non abſumantur, ſole Geminos metiente. Dicuntur autem labores Herculis fuiſſe duodecim. Seneca in Herc. fur. Dextra conare aggredi ingẽs opus, labore biſſeno amplius. Apuleius: Poſſum, inquam, primam iſtam uirtutis adoriam ad exemplũ duodeni laboris Herculei numerare. Nec nos moueant pleriq; ſcriptores, à quibus plures labores Herculis explicantur. Nam & Diodorus duodecim inquit fuiſſe certamina, quæ ab eo perfici mandauit Euryſtheus. Et Seruius Herculem docet à prudentiorib. mente magis, quàm corpore fortem induci, adeò ut duodecim eius labores ad aliquid referri poſſint: cui cum plura fecerit, duodecim tamen aſſignantur, propter agnita duodecim ſigna. Itaq; etiam dicitur ab inferis traxiſſe Cerberum: quia omnes cupiditates, & cuncta uitia terrena contempſit. Euſebius uerò Apollinem inquit Herculem uocari, quòd ægrotantibus medeatur, & morbos pellat: & duodecim ei labores attribui, quoniam per duodena ſigna pertranſeat. Sanè Varro (ut inquit Macrob.) Herculem putat uictorem dictum, quòd omne animalium genus uicerit. unde conſtat labores Herculis penè innumeros fuiſſe. Itaq; Romæ duæ Victoris Herculis ædes fuerunt: una ad por D tam Trigeminam, altera in foro boario: in quo imago Herculis fuit Triumphalis dicta, quòd per dies triumphi triumphali habitu indueretur. nam coloſſus eius fuit in Capitolio. Hic deus ſemper pedes inceſſit, auctore Seruio, cum equos habuerit nobiliſſi-

mos. Cuius ille mos fuit omni laude dignus, ut etiam non togatus laborãtibus ſubueniret. Per eum pueri cum iurarẽt, ſub tecto id facere prohibebantur, iubebanturq; ſub diuũ progredi: quòd Hercules non domi, ſed foris, ac ſub diuo uitam egiſſet. Cui cũ res diuina fieret, alius deorũ nõ appellabatur: quoniam eum ſemideũ putarunt, etiã cum inter homines E ageret. Idem deus Communis dictus eſt: uel quia idem eſt Hercules, qui et Mars, quẽ Cicero communem dixit. unde Virgil. dat ſalios Herculi, quos Martis eſſe conſtat. Vel quia is uacauit commodis hominum, ac tutelæ. Vel quia numinum alia ſunt tantùm cœleſtia, alia tantùm terreſtria, alia media. Eundem aſtrologum dixerunt, ut Feſto placet: quòd eo die ſe flammis iniecit, quo futura erat ſolis obſcuratio. Is poſtquam à piratis, quos Buſiris miſerat, raptas Heſperidas Atlãti reſtituit, reuera ab eo aſtrologiam edoctus eſt, ita ut primus putetur ſphærã in Græciam attuliſſe. Cui Menœtius Actoris filius, primus in Opunte oppido tauro, capro, & ariete rem diuinam feciſſe traditur. Cæterùm Hercules alij tres fuiſſe putant, quod Diodoro placuiſſe uidetur. Alij ſex, quorum geſta Herculi Alcmenæ ac Iouis tertij filio aſſignan G tur. Alij, ut Varro, tres & quadraginta.

* al. fili... ut ſit Pre... ta fili... negle... ſitum.

PAVL. Hinc, ex hac aqua. Laurus fit uda, madida ipſa aqua. Et omnia quæ ſunt habitura nouos dominos, omnia quæ habent uenalia precio commutanda. Sparguntur ab uda lauro: ut ea primùm luſtret, deinde ſeipſum. Sed de his generibus expurgationis diximus in quarto, in Palilibus. Et ipſe ſpargit ſuos capillos, ut ſe expurget. Lauro rorante, aquis madente. Et peragit preces: precatur Mercuriũ, ut ab omni periurio & fallacia eum expiatum eſſe uelit. Voce ſolita fallere, qua ſemper ſolet alios decipere. Ablue, inquit, periuria præteriti temporis: ô Mercuri, expurga me ab omni periurij crimine, in quo uſq; in hunc diem deliquerim. Ablue uerba perfida, fallacia. Fide præterita, non ſeruata: expurga me ab eo, quòd fidem uiolauerim. Siue ego feci te teſtem: ſi iurans te in teſtẽ uocauerim, etiam abſolue tu me. Ve, pro uel. Si falſo citaui numina magna Iouis non audituri: quaſi ſi falſo iurans, uocaui Iouem magnum in teſtem, non auditurum mea uerba fallentia, & per eius numina peieraui, etiam abſolue tu me. Siue ego prudens, callidus & aſtutus. Fefelli deum, alium. Vel aliam diuam: ſi per aliorum deorum, aliarumq; dearum numina. H Celeres noti abſtulerint uerba improba: maligna fuerint irrita mea dicta, & in uentos abierint. Et pereant nobis periuria, quaſi deleatur à nobis periuriorum crimen. Veniente die, cum primùm illuxe-

A illuxerit. *Nec curent ſuperi, quaſi non aduertant dij. Si qua ero loquutus: ſi quid licentioſius dixerim in deos, & in homines, & ad eos decipiẽdos.* Da modò lucra mihi, *ut ex mercib. mihi lucra perueniãt.* Da facto gaudia lucro, *ut lætè fruar his quæ lucratus fuero: non ut eueniat mihi, quemadmodũ & nimium cupidis, qui ſemper diuitijs inhiantes, partis frui neſciunt.* Et face, fac. *Vt iuuet dediſſe uerba emptori: ut proſit, & utile mihi ſit, emptorem fefelliſſe.* Mercurius ridet ab alto cœlo poſcentes talia: *qui à periurijs abſolui poſcunt, & licere alios fallere. nam & ipſe aliquando alios fallebat.* Memor ſe ſurripuiſſe boues Ortygias: *memor ſe furto ſubtraxiſſe Pheræas uaccas regis Admeti, quæ ſub cuſtodia Phœbi erant, cum priuatus deitate, paſtoralem uitam ageret Phœbus: ſed nimis terrens, ni redderet, paulo pòſt & pharetrã quoq; amiſit. unde Horat.* Te boues olim *niſi reddidiſſes, Per dolũ amotas, puerũ minaci* Voce dum terret B *uiduus pharetra* Riſit Apollo. Ortygias, *à Delo inſula, quæ* Ortygia *dicta eſt. nam* Ortygius *deus erat earũ cuſtos.* At mihi pãde, &c. *Quærit nunc à Mercurio poeta, quo tẽpore ſol eat in* Geminos. & *reſpondet ille, 13. cal. Iun. hoc eſt 20. die Maij.* At precor pãde mihi, *aperias oro id mihi.* Petenti longè meliora, *quàm petant à te mercatores. nam illi ut alios fallant, ego ut alios inſtruam.* Ex quo tẽpore, *quo die huius menſis.* Sol eat in Geminos: *relicto* Tauri *ſigno,* Geminorũ *ſignum ingrediatur.*

Ait: Ibit tunc, *cum uidebis ſupereſſe totidẽ dies de menſe, quot ſunt facta Herculei laboris: cum tot dies reſtant adhuc de Maio, quot fuere labores Herculis.* Duodecim *illi fuere, ergo cum ſuperſunt duodecim dies. & ſic indicat tertiumdecimum diem calendarum, tunc ſol init* Geminos.

Dic, ego reſpondi, cauſam mihi ſideris huius.
Cauſam facundo reddidit ore deus.
Abſtulerant raptas Phœben Phœbesq; ſororem
Tyndaridæ fratres, hic eques, ille pugil.
Bella parant, repetuntq; ſuas & frater & Idas,
Leucippo fieri pactus uterq; gener.
His amor ut repetant, illis ut reddere nolint,
Suadet, & ex cauſa pugnat uterq; pari.
Effugere Oebalidę * curſum docuere ſequentes:
Sed uiſum eſt celeri uincere turpe fuga.
Liber ab arboribus locus eſt, apta area pugnæ:
Conſtiterant illo nomina fida loco.

NTO. Sideris huius, *Geminorum: qui ſecundũ* Varronem *ſunt* Hercules & Apollo, *ſecundum alios* Caſtor & Pollux: *qui in* B *terijſſe dicũtur, cum* Idas & Lynceus Spartã oppugnarent, *ut* Higinus *ſcribit. licet* Ouidius *hoc in loco aliter fabuletur. Illud ferè inter omnes conuenit,* Pollucem *fratri mortuo conceſſiſſe uitæ ſuæ dimidium. ut, Si fratrem* Pollux *alterna morte redemit, Itq; reditq; uiam toties.* Quod *uel ideo fingitur, quia eorum ſtellæ ita ſe habent, ut occidente una, oriatur altera.* Vel *quia alternis diebus lucent.* Vel *quia per* Geminos *unum atq; eundem ſolem ſignificamus, ut ait* Macrob. *modò in ima mundi deſcendentem, modò in ſummam altitudinem reſurgentẽ.* Geminorũ *ſidera cum ſe oſtendunt, laborantibus nautis ſpem ſalutis præbent, teſte* Porphyr. Catul. *Hic uelut in nigro iactatis turbine nautis, Leniter aſpirãs aura ſecũda uenit, Iam prece* Pollucis, *iam* Caſtoris *implorata.* Horat. *Sic fratres* Helenæ, *lucida ſidera, Ventorumq; regat pa-*
C *ter.* Martial. *Et gratum nautis ſidus fulgere* Laconum. *Sed ſcribit etiam* Porphyrio, *cõſtare inter nautas,* Caſtoris & Pollucis *ſtellas plerunq; nauib. eſſe infeſtas. quod ideo dictum exiſtimari poteſt, quia fulgurũ effigies modò antennis, modò alijs nauium partibus (ut inquit* Plin.) *ſeu uocali quodam ſono inſiſtẽtes, atq; uti uolucres ſedem ex ſede mutãtes, ſi geminæ quidem uenerint, ſalutares ſint, ac proſperi prænunciæ: ſi uerò ſolitariæ uenerint, graues, & modò nauigia mergentes: modò ſi in carinæ ima deciderint, exurentes. Sciendum ſcripſiſſe quoſdam,* Geminorum *ſidera* Iaſonem & Triptolemum *eſſe. Lege* Higinum, *is* Geminos *ſcribit conſtare ſtellis 18.* Phœben Phœbesq; ſororem. Propertius: *Non ſic* Leucippis *ſuccendit* Caſtora Phœbe, Pollucem *cultu non* Elaira *ſoror.* Leucippus Aetolus *filias habuit* Phœben *et* Elairam, *quæ raptæ feruntur à* Caſtore & Polluce, *cum* Idas *et* Lynceus *fratres eas uxores ducturi eſſent. Itaq;* Caſtor *à* Lynceo *interfectus eſt.* Pollux Lynceũ *interemit.* Idas *uerò, cum in* Pollucem *impetum faceret, à* Ioue *dicitur fulminatus. Qui cum* Pollucem *in cœlum relaturus eſſet, motus eius precibus conceſſit ei, ut ſex menſibus* Caſtor *cœlo potiretur, & totidem* Pollux. Hic eques, Caſtor *eques. nam* Pollux *eſt, quem pugilem dicit.* His
D amor ut repetant: Idæ & Lynceo *ſuaſit amor, ut raptas uxores ſiue ſponſas repeterent.* Oebalidæ, Lacones. *In* Laconia *enim, ſiue* Oebalia *ſunt* Amyclæ, *patria* Caſtoris & Pollucis. *[Vel potius, quoniam pater* Tyndarei Oebalus *fuit, auus autẽ* Caſtoris & Pollucis, *ut* Commẽt. Eurip. *in* Oreſtẽ.]

Ego reſpondi, Dic PAVL. *cauſam huius ſideris, qua cauſa ſit hoc ſignũ in cœlo figuratum.* Deus, *Mercurius.* Reddidit cauſam ore facundo. *quoniam & eloquentiæ præeſſe dicitur, ideo* F *Facundo ore dixit.* Abſtulerant raptas. *Geminos, quod etiam* Higinus *aſſerit, complures aſtrologi dixere* Caſtorem & Pollucem, *quos conſtat omnium fratrum inter ſe fuiſſe amantiſſimos. Alij dixere eſſe* Herculem & Apollinem. *Alij* Triptolemum & Iaſium, *à* Cerere *dilectos. Sed ut poeta refert,* Caſtor & Pollux *rapuere* Phœben & Elairã *filias* Leucippi *in* Aetolia, *quæ pactæ erant coniugio* Idæ & Lynceo *fratribus. Pugnauere ergo ob cõiuges.* Caſtor *qui mortalis erat, à* Lynceo *interimitur.* Pollux Lynceũ *interemit.* Idas *cum in* Pollucem *irrueret, ab* Ioue *fulminatus eſt: & exanimatus haſtam non dimiſit, ſed dextra tenuit.* Iupiter *in cœlum ſublaturus erat* Pollucem. *Sed eius precibus factum eſt, ut ſex menſibus* Caſtor *in cœlo eſſet, totidẽ* Pollux, *ita ut ſenis men-* G *ſibus uterq;* Iouis *beneficio fungeretur. Verùm ipſi* Gemini *in cœlo* Aurigæ *dextra parte ſupra* Orionem *collocati uidentur: ita tamen, ut* Orion *inter* Taurum & Geminum *ſit conſtitutus. Capita eorum diuidũtur à reliquo corpore, circulo eo, qui æſtiuum diffinire dictus eſt, ita ut complexa corpora inter ſe teneantur. Occidunt directi à pedibus. Exoriuntur autẽ inclinatè, ut iacentes. Sed is qui* Cancro *eſt proximus, habet in capite ſtellã unam claram, in utriſq; humeris ſingulas claras, in dextro cubito unã, in genibus utriſq; ſingulas, in pedibus utriſq; ſingulas. Alter uerò in capite unam, in ſiniſtro humero unam, in dextro alteram, in utriſq; manibus ſingulas, in dextro genu unam, in ſiniſtro genu alteram, in pedibus utriſq; ſingulas, & infra ſiniſtrũ pedem unam, quæ* Tropus *appellatur. & ſunt decem & octo.* Fratres Tyndaridæ, Caſtor & Pollux *Tyndari priuigni: nam* Iouis *ex* Leda Tyndari *coniuge filij.* Abſtulerant raptas, *quas rapuerant.* Phœben, & ſororem Phœbes: Elairam, Leucippi Aetoli *filias.* Hic, Caſtor *ſcilicet,* eques: *quoniam celebrem equum* Cyllarum *habet.* Ille, Pollux. Pugil, *qui pugnis & cæſtu pollet.* Horat. *Hunc equis, illũ ſuperare pugnis Nobilem.*

Et frater & Idas: Lynceus, *& ipſe* Idas. Pactus uterq; fie- H *ri gener* Leucippo, *qui promiſerant ſe eas uelle in coniuges.* Parant bella, *cõtra* Caſtorem & Pollucem. Et repetunt ſuas, *uirgines ſibi nuptas.* Amor ſuadet his, Idæ & Lynceo. Vt

 repetant,

A repetant, raptas. Illis, Caſtori & Polluci. Vt nolint reddere. Vtriſq; illud ab amore ſuadebatur, ut qui non haberent, repeterent: qui haberent, non redderent. Et uterq; pugnat ſcilicet: pro, utriq; pugnant. Ex cauſa pari, ex pari amore. Oebalidæ, Caſtor & Pollux Oebalij, hoc eſt Laconici. ut in primo libro docuimus, Oebalios Laconicos eſſe. Potuere curſu effugere ſequentes: potuere ſe fuga eripere ab Ida & Lynceo, qui inſequebantur. Sed eſt uiſum turpe, dignum reprehenſione. Vincere celeri fuga: ſubterfugere prælium, & fuga ſe facere uoti compotem. E Eſt locus liber ab arboribus, locus quidam apertus. Area apta pugnæ: ubi tam equo, quàm pugnis contendi poſſit. Illo loco, in illa area. Conſtiterant nomina fida: Caſtor & Pollux, qui mutuæ fidei clarum nomen habent.

Pectora traiectus Lynceo Caſtor ab enſe,
Non expectato uulnere preſsit humum.
Vltor adeſt Pollux, & Lyncea perforat haſta,
Qua ceruix humeros continuata tegit.
Ibat in hunc Idas, uixq; eſt Iouis igne repulſus:
Tela tamen dextræ fulmine rapta negant.
Iamq; tibi Pollux cœlum ſublime patebat,
Cum mea, dixiſti, percipe uerba pater.
Quod mihi das uni cœlum, partire duobus:
Dimidium toto munere maius erit.
Dixit, & alterna fratrem ſtatione redemit:
Vtile ſollicitæ ſidus utrumq; rati.
Ad Ianum redeat, qui quærit, Agonia quid ſint:
Quæ tamen in Faſtis hoc quoq; tempus habent.
Nocte ſequente diem canis Erigoneius exit.
Eſt alio ſigni reddita cauſa loco.
Proxima Vulcani lux eſt, quam Luſtria dicunt:
Luſtrantur puræ, quas facit ille, tubæ.

ANTO. Non expectato uulnere: quia non credidit fieri poſſe, ut ab eo uulneraretur, quem non timebat. Tela tamen dextræ fulmine rapta negant. Maxima oſtenditur hominis fortitudo, è cuius manibus tela non potuit fulmen excutere. Alterna ſtatione. De hac Plin. Credi deos o- B uo genitos, & alternis diebus uiuentes morienteſq;, puerilium propè deliramentorum eſt. Fuit Romæ in foro ædes Caſtoris & Pollucis, quæ tantùm Caſtoris uocabatur. unde M. Bibulus collega C. Cæſaris eueniſſe inquit ſibi, quod Polluci: atq; ut è geminis fratribus ædes in foro conſtituta, tantùm Caſtoris uocaretur: ita ſuam Cæſariſq; munificentiam, unius Cæſaris dici. Ad Ianum redeat. De Agonalibus, quæ etiam decimoquarto calendas Iunias celebrantur, abundè dictum eſt in Ianuario, ſiue primo huius operis libro. Nocte ſequente diem, &c. Canis, quem diximus Tauro uicinum eſſe, ut Macrob. ſcribit, hoc tempore in ortum heliacum tollitur: de cuius ortu coſmico ſuprà legimus, Signaq; dant imbres, exoriturq; canis. Hic Tauro ſolem tenente latebat, occaſu quem heliacum C uocant. Vnde conſequens eſt, ut excepto ſole à Geminis, paulo ante auroram incipiat apparere. Proxima Vulcani lux eſt. Non dicit Vulcanalia, quibus populus Romanus pro ſe in ignem animalia mittebat: à quo tempore legimus incœpiſſe Plinium lucubrare. Nec Armiluſtrium, quo Romani armati res diuinas faciebant, & inter ſacrificandum tubis canebãt. Sed diem ſacrum Vulcano, quem decimotertio calen. Iun. luſtrandis tubis deputatum, Luſtria nominabant. Luſtrabantur autem agna, ut inquit Feſtus, docens eum diem Tubiluſtrium appellari: quẽadmodum & Varro, qui (ut dictum eſt) tubas in atrio ſutorio luſtrari ſolitas ſcribit. Sciendum fuiſſe Romæ Vulcani templum, ante Numæ regis tempora, ubi quidam ſuſpicati ſunt Romulum à patribus fuiſſe diſcerptum. Plutarchus Vulcani ædem tradit extra urbem à Romulo poſitam: ut cum urbs incendijs eſſet expoſita, Vulcanus quidem coleretur: ſed ita, ut mœnibus eſſet incluſus. Hunc Veneris maritum eſſe finxerunt, quia Venereum officium calore conſiſtit. Tubæ cur luſtrarentur, diximus ſuprà.

PAVL. Caſtor traiectus pectora, habens transfoſſum pectus. Ab enſe Lynceo; Lyncei gladio, qui primus hoſtem percuſſit. Preſſit humum uulnere non expectato: decidit extinctus uulnere D ab illo infixo, quem non timebat. ſic nec inde uulnus expectarat. Pollux ultor, fraternæ mortis. Adeſt, & perforat Lynceа, percuſſorem Caſtoris. Haſta, qua eum transfodit, & extinctum humi ſtrauit. Qua ceruix continuata tegit humeros, hoc eſt inter collum & humeros. Nam ſub ipſo iugulo haſtam infixit, & transfacta eſt ex altera parte ſupra humeros. Idas ibat in hunc, Pollucem. Et uix eſt repulſus igne Iouis: uix fulmine repelli potuit, ſed repulſus tamen. Verùm ea erat audacia, & immanitas, ut exanimatus adhuc in illum uelle F ruere uideretur. Tamen negant tela rapta dextra, è manu illius. Fulmine: nam moriens telum non reliquit. O Pollux, iam patebat tibi cœlum: quia iam Iupiter te in cœlum ſuſtulerat. Cum tu dixiſti, Pater, ô Iupiter. Percipe uerba mea: audi et percipias, quod nunc abs te precibus poſco. Quod das mihi uni, partire cœlum duobus: quod obtuliſti mihi cœli munus, effice ut illud commune ſit mihi & fratri: diuiſo pari portione inter utrumq; munere. Dimidiũ, muneris ſcilicet. Erit maius toto munere: diſtributũ mihi & fratri, erit mihi lõgè maius, quàm ſi ſolus habeam. Dixit, & redemit fratrem alterna ſtatione, ut alternis uicibus eſſent in cœlo. Et hoc ex eo dictum, quod Homerus ait, Pollucem conceſſiſſe fratri dimidiam uitam. Itaq; alternis diebus quemq; lucere. Vtrumq; ſidus, Caſtoris & Pol- G lucis. Vtile rati ſollicitæ, cum in procella uerſatur. Apparent enim nautis in tempeſtate laborantibus ignes, quos dicebant eſſe Caſtorem & Pollucem. Horum & Plinius quoq; meminit. & Higin. inquit habuiſſe id muneris à Neptuno, ut ſaluti eſſent naufragis. Valerius Flaccus: Aſſerit à Ioue, cum reſpiceret Argonauim. &, Ingenti flammarum nubila ſulco Direxit per inane facem, qua puppe propinqua In bifidum diſceſſit iter, fratreſq; petiuit Tyndareos placidè, & medijs in frontibus hæſit Protinus amborum, lumenq; innoxia fudit Purpureum, miſeris olim implorabile nautis. Et Horat. Pueroſq; Ledæ, Hunc equis, illum ſuperare pugnis Nobilem, quorum ſimul alba nautis Stella refulſit. Defluit ſaxis agitatus humor, Concidunt uenti, fugiuntq; nubes, Et minax (nam ſic uoluere) ponto Vnda recumbit. Ad Ianum redeat. Hoc etiam die fiunt certamina Agonalia, in honorem Iani. De his diximus in primo libro. Inde accipiant, qui quæ ſint, noſſe cupiunt. Redeat ad Ianum: ad Ianuarium menſem, ad primum librum. Qui quid ſint Agonalia, quærit: nam in primo libro de Agonalibus latius diſſeruimus. Quæ tamen in Faſtis, in ipſo dierum ordine. Habent hoc quoq; tempus, hunc H etiam diem decimumtertium cal. Iun. Nocte ſequente canis. Fabulam & rationem ſigni utriuſq; canis, in fine quarti libri retulimus. Nocte uerò quæ præcedit diem duodecimum calen. Iun. Erigoneus canis oritur. Canis Erigoneus, ab Erigone Icari filia.

A filia. Exit nocte ſequente, quæ ſequitur Agonalia. Alio loco eſt reddita cauſa ſigni: nam in fine quarti. Proxima Vulcani, &c. Vndecimo calendas Iunias feſtum eſt Vulcani, ad luſtrationem tubarum. Ideo dies Luſtria dictus. Romulus (ut Plutarchus in Problematibus oſtendit) ædem Vulcani extra urbem poſuit. Et in Vulcanalibus (ut tradit Varro) populus pro ſe animalia in ignem mittebat. Proxima lux, ſequens dies. Eſt B Vulcani: nam eius feſto conſtituta. Quam, diem. Dicunt Luſtria, ab ipſa luſtratione. Luſtrantur tubæ puræ, ab ipſis tubicinibus moturis aciem claſsicis, antequam abeant. Quas ille, Vulcanus. Facit: quæ conflantur ab opificibus, quibus ille præeſt.

Quattuor inde notis locus eſt, quib. ordine lectis,
Vel mos ſacrorum, uel fuga regis ineſt.
Nec te prætereo, populi Fortuna potentis
Publica, cui templum luce ſequente datum eſt.
Hanc ubi diues aquis acceperit Amphitrite,
Grata * Iouis fuluæ roſtra uidebis auis. (*Ioui)
* Aufert ex oculis ueniens aurora Bootem, (Auferet)
Continuaq; die ſidus Hyantis erit.

NTO. Quattuor inde notis locus eſt: quatuor ſignis, quibus dies notantur in Faſtis. Monet undecimo calendas Iunias iterum Refugium celebrari, cuius in ſecundo libro fecimus mentionẽ. Item tradi eo die ſacerdotibus ſacrorũ ritum. Quod ideo fieri ſolitũ ſuſpicamur, quia eiecto Tarquinio, qui ſine dubio rex ſacrorum fuit, alij creati ſunt conſules, alij re- B ges ſacrorum. Niſi fortè per ſacrorum morem accipias conſuetudinem ſacrificandi eo die, ut agerentur dijs gratiæ, ac perſoluerentur, ob reges exactos. Populi Fortuna potentis Publica. Octauo calendas Iunias datum eſt templum Fortunæ Publicæ. Non eſt autẽ hæc, de cuius dedicatione legimus: Qui dicet, Quondam ſacrata eſt colle Quirini, Hac Fortuna die Publica, uerus erit. Diximus enim ſuprà, ei deæ uotam fidem fuiſſe à P. Sempronio Sopho, & à Q. Martio Abala poſtea dedicatam. Sed huic Fortunæ ſacratam ædem fuiſſe arbitramur hoc tempore, poſt Refugij diem aptiſsimè, ut ei res diuina fieret, cuius beneficio populus Romanus ſibi & libertatem publicam, & ablatam Tarquinijs potentiam uendicaſſet. Hanc, lucem uidelicet, qua Fortuna colitur. Amphitrite, uxor Neptuni: de qua dictum eſt ſuprà. Grata Ioui fuluæ, &c. Aquila quatuor ſtellis conſtat, ut Higinus auctor eſt: quarum una in eius capite conſtituta, hoc tempore in ortum fertur noctis initio. Cancro enim occidente, poſt ſolis occaſum Capricornus in ortum tollitur, cum quo emergit Aquila. ut, Exoritur claras Capra ueniente ſub oras. Eadem (teſte Columella) oritur manè, ſeptimo idus Decembris, uel ad octauum calendas Ianuarij, ut Plinius docet. occiditq; decimoter- C tio calen. Auguſti. Datur autem Ioui, uel quia domina eſt auium, ut Iupiter deorum: uel quòd eam fulmen non icit, ut idem Plinius tradit: uel quòd Iupiter Saturnum ſuperauerit eius auis auſpicio, ut Seruius ſcribit. Itaq; Clearchus tyrannus, cum ex ſucceſſu continuæ fœlicitatis ſe Iouis filium diceret, præferri ſibi aureã aquilam uo luit, uelut generis argumentum. Sanè aquilæ non omnes fuluæ ſunt. Alias namq; nigricantes eſſe conſtat, alias albicante cauda, alias nigerrimas. Sed quæ cæteris præſtant, ſunt colore ſubrutilo, raræq; conſpectu. Ex his ea in cœlum tranſlata dicitur, quæ raptum Ganymedẽ Ioui amanti tradidit. Alij aliter fabulãtur. Aquila à colore aquilo, id eſt fuſco & ſubnigro, nomen accepit, auctore Feſto: uel ab acutè uolando, ut quidã uoluerunt. De huius auis effigie, quæ in cœlo eſt, ac ſitu, lege Higinum.

Bootem. Non eſt cur miremur, occaſus Bootæ ſæpius fieri mentionem, cum is quatuor ſignorũ zodiaci tempus abſumat, ut meminimus in ſecundo huius operis libro. Sidus Hyantis erit. Hyas Atlantis & Aethræ filius fuit, ac frater Hyadum, qui in uenatione à leæna fertur occiſus. Huius ſidus putamus hoc tempore in ortum heliacum ferri, ſole indies à Tauro longius rece- D dente.

AVL. Inde eſt locus quatuor notis, quatuor ſignis in ordine dierum, in ipſo feſtorum ordine, quod noſtri calendariũ uocant. Quibus, notis. Lectis ordine, poſtquam quatuor ipſas dierum notas legeris: hoc eſt, quatuor diebus numeratis, non tamen cum ipſo Luſtriorum die. ſic indicat diem ſeptimum cal. Iun.

Vel eſt mos ſacrorũ: quòd ſeruetur conſuetudo ſacrorum, & immolationis uictimarum. Vel eſt fuga regis, Tarquinij. De fuga Tarquiniorũ diximus in fine. nunc uerò pro eodẽ ſacrificia fiunt, etiã quòd tandẽ uictus, poſtea fugerit omni ſpe deſtitutus. Nec te prætereo. Sexto cal. Iun. F eſt feſtum Publicæ Fortunæ, quo die eſt illi templum conſecratum. Plures tamen erant ædes Fortunæ, de quibus in libro ſexto dicemus. Sed cum Publica colebatur primigenia, eo quòd fortuna & originem & imperium urbi præſtitit, ſiue altior quædam ratio, & magis à natura ex media philoſophia repeti poteſt, fortunam ſcilicet rerum omnium principium eſſe, naturam uerò caſu conſiſtere, cum quibuſdam temerè repoſitis ordo acceſſerit. Hæc Plutar. Nec ego prætereo, ſilentio ſcilicet. Te ô Fortuna Publica populi potentis, populi Rom. Luce ſequẽti, quæ ſequitur fugam regis. Eſt datũ tibi templum, conſecrata tibi ædes. Sed hæc in fine ſubſequentis libri repetemus. Hanc ubi, &c. Quinto cal. Iun. oritur Aquila. Hæc eſt, quæ dicitur Ganymedem rapuiſſe, & amanti Ioui tradidiſſe. Hanc etiam Iupiter primùm ex auium genere ſibi delegiſſe exiſtimatur: quæ ſola traditur contra ſolis exorientis radios contendere & uolare. Itaq; ſupra Aquarium uidetur. Aglaoſthenes, qui Naxica ſcripſit, ait Iouem Cretæ ſurreptum, Naxon delatum, & ibi nutritum. Qui ubi peruenit ad uirilem ætatem, & uoluerit laceſſere Titanas, ſacrificari ei aquilam auſpicatã: quo auſpicio uſum eſſe, & eam G inter aſtra collocaſſe. Aquila ala dextra non multum extra circulum æquinoctialem prodire, ſiniſtra autem non longè à capite Ophiuchi figurata uidetur. Præterea roſtrum eius à reliquo corpore diuidit circulus, qui à Cancro ad Scorpionem peruenit. Media etiam finitur ab eo, qui ſupra lacteum orbem eſſe demonſtratur. Hæc exorto Leone occidit. Exoritur cum Capricorno, habens in capite ſtellam unam, in utraq; penna unam, in cauda unam. Itaq; ſunt omnino quatuor. Hæc ex Higino. Vbi Amphitrite, uxor Neptuni: de qua diximus in ſecũdo. Diues aquis, cum mari præſit. Accepit hanc diem, qua oritur Aquila: quaſi poſt occaſum illius diei, in ipſa nocte, quæ præcedit diem quintum calendarum Iuniarum. Tu uidebis roſtra auis, Aquilæ.

Grata roſtra Ioui: illis rationibus, quas explicuimus. Auferet ex oculis ueniens aurora Bootem. Quarto calendas Iunias occidit Bootes, qui et Arctophylax. De hoc diximus in ſecundo. Et tertio calendas oritur Hyas, qui frater eſt Hyadum. De his ſuperius in hoc libro diximus. Veniens aurora, dies qui poſtea ſubſequitur. Auferet ex oculis Bootem, nam occidit. Et die continua, quæ illa proxima erit: hoc eſt trigeſimo die Maij. Erit ſidus Hyantis, Hyas apparebit, qui fuit Atlantis ex Aethra H filius. Et dicimus Hyas Hyæ, & Hyas Hyantis. Nam ſuperius, Mater Hyen & Hyan. & hoc in loco Hyantis dicit, & de eodem loquitur.

FASTORVM LIBRI QVINTI FINIS.